mutant. Albumazar in introductorio suo ponit istos gradus. s. masculi-  
nos z femininos lucidos z tenebrosos zc. Et dicit ibi si planeta in nativit-  
ate vīterrogatiōe masculini fuerit in gradu masculino vel in nativitate  
feminine vel interrogatiōe in gradu feminino erit eius significatio fortior.  
De gradib<sup>o</sup> Incidis tenebrosis z fumosis dicit si ceciderit planeta ī gradu  
Incido: erit eius significatio fortior in significatiōe honoz z significat pul-  
chritudinē. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritie z tardita-  
tē z horribilem rē z tenebrosam z malā. Et cū ceciderit in gradu fusco: vel  
vmbroso vel fumoso: vel in gradu vacuo significat modicū horribile. Et si  
ceciderit planeta in gradu putei abibit ei<sup>o</sup> pulchritudo et aspectus et de-  
bilitatur in significatiōne sua. Fortune namq̄ cum ceciderint in eos de-  
bilitantur in significatiōne earum. Alii vero cum ceciderint in eos de-

bilitatur significatio eorum. Et fortassis significabit fortunā accidētale propter debilitatē eorum super malū. De gradibus augmentantibus fortunā dicit. antiqui putauerunt q̄ in circulo erūt gradus augētes fortunā. Et direxerunt q̄ planete cū nō fuerint in locis significatib⁹ fortunā natū r̄ fuerit luna vel pars fortune in his gradib⁹ aut fuerint ipsi grad⁹ ascēdētis augēt fortunā natū. Et si planete significauerint sibi casuz. Illi gradus mouent eū in sublimationē p̄ aliquā quantitatē quodā motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidā dixerunt: q̄ cū ascendens fuerit aliq̄s istoz gradū: aut fuerit sol in natuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdā eorum r̄ fuerit in loco optimo in figura. Et cū hoc significauerit planete radicis natuitatis fortunā perducet natum ad sublimitatē r̄ sedes nobilitatis et dominabitur terris r̄ ciuitatibus: r̄ possidebit diuītias multas.

**C** De gradibus lucidis: tenebrosis r̄ fumosis r̄ vacuis. **T**extus.



**C** in unoquoq; istoz signoz sunt grad⁹ q̄ dñr lucidi: r̄ grad⁹ dñr tenebrosi r̄ gradus q̄ dñr fumosi: r̄ grad⁹ q̄ vocant vacui. Dicūt em qdā qd ab initio arietis vscōz in tertiu gradū sunt tenebrosi: r̄ a. iij. i. 8. lucidi: r̄ ab. 8. i. 16. tenebrosi: r̄ a. 16. in. 20. lucidi: r̄ a. 20. vscōz ad. 24. vacui. r̄ a. 24. vscōz i. 29. lucidi: r̄ a. 29. in fine arietis vacui. dc qb⁹ faciem⁹ tabulā si de⁹ voluerit.

V	te.	13	lu.	5	te.	18	lu.	14	va	14	lu.	15	va	1
8	te.	13	lu.	4	va	15	lu.	13	va	15	lu.	18	te.	2
II	lu.	14	te.	3	lu.	15	va	14	lu.	16	te.	15	va	3
69	lu.	12	te.	2	va	14	fu.	12	lu.	18	va	12		
88	te.	10	fu.	10	va	15	lu.	15						
mp	te.	15	lu.	3	va	12	lu.	16	fu.	16	va	15	te.	13
△	lu.	15	te.	5	lu.	18	te.	13	lu.	16	va	13		
m	te.	13	lu.	5	va	16	lu.	16	fu.	12	va	15	te.	13
†	lu.	19	te.	3	fu.	17	lu.	14	lu.	17				
λ	te.	17	lu.	3	lu.	15	lu.	14	te.	13	va	13	te.	15
vv	fu.	14	lu.	5	te.	14	lu.	18	va	14	lu.	15		
X	te.	16	lu.	6	te.	16	lu.	14	va	13	lu.	13	te.	12

**C** De gradibus putealibus. **T**extus.

**C** in signis sunt quedam gradus qui vocantur putei: cuz fuerit planeta in aliquid eorum dicitur esse in puteo: vt est sex gradus arietis et cetera. vt in hactabusa sequenti ostendetur.

V	16	11	16	23	29		△	1	17	20	30		
8	15	12		24	25		m	9	10	22	23	27	
II	12	12	17	26	30		†	7	12	15	24	17	30
69	12	17	23	26	30		λ	2	7	17	22	24	28
88	16	13	15	22	23	28	vv	1	12	17	22	24	29
mp	18	13	19	21	25		X	14	19	24	27	28	

# Alkabitij astronomi tractatus.

**D**e gradibus azemena id est debilitatis corporis. **T**extus.



**T**sunt in si nis quidā gradus qui dicuntur gradus azemena na. i. gradus debilitatis corporis. Est em azemena qdā debilitatio corporis temporalis: ut surditas: cecitas: mēbiū amissio: et c. talia que qdū vixerit hō semp habebit: nisi miraculoſe sanet. **L**ux ergo fuerit luna in his gradib⁹ in natuitate alicut⁹ pueri: accidet ei predicta azemena sūm significationē loci et aspect⁹ seu loca planetarū. Significatur quoq; azemena per astra diuerſis modis: sicut in libris natuitatum inuenies. gradus aut̄ azemene sunt hi qui describuntur hic in tabula.

In	8	16	17	18	19	10		In	11	19	29		
		1	1	1	1	1		In	1	17	18	18, 19	
In	69	19	10	11	12	13	14	15	In	26	27	28	29
In	88	118	127	128					In	18	19		

**D**e gradibus augmētantibus fortunam. **T**ertius.

**A**l in hoc circulo sunt quidam gradus qui dicuntur agentes fortunam: qui in ista tabula descripti sunt.

V	119							Ω	13	15	121	
8	13	15	127		1			11	17	18	120	
II	11	1	1	1				1	13	20		
69	11	12	13	14	1			20	12	13	14	120
88	12	15	17	119	1			18	17	16	17	120
mp	13	114	120		1			X	13	120	1	

**D**e gradibus componentibus. **T**extus.


**T**uo gradus qui fuerit vnius longitudinis a capite sīgnorum mobilium dicūtur cōpotentes. i. vnius longitudinis et fortes seu participes in virtute: vt. 20. gra. capricorni vel cancri cum. 10. grad. sagitta. vel gemino. et. 20. gradu. arietis vel librae cum. 10. gradu pisces vel virginis.

**D**e esse circuiti accidentali. **T**extus.



**E**d quia auxiliante deo iam p̄tulimus esse circuiti signorum esse circuli signorum esse circuli figuratur in omni hora tali figura: que dividitur in quatuor partes: quas dividit circulus hemispherii: et circulus meridie. i. circulus mediū celū: qui facit mediū diem: et una que pars istarū partiū dividitur in tres partes inaequales sūm ascensiones signi ascendentis atq; hoc modo dividitur circulus in. 12. partes que vocantur domus nominantur quoq; et cuspides et turres: cuius opus expositum est in libro Ezebī id est in libro curius syderum. Principiū quoq; divisionis est horoscopus: hoc est ascendens cutus initium est super circulū hemispherii orientalis deinde secunda domus sequitur et tertia: ceteraq; domus usq; ad. 12. Quarta autem pars que est ab ascendenre usq; ad mediu-

celi: que est domus. 12. 11. et. 10. dicitur quarta pars orientalis masculina: et adueniens significat initium vite: et vocatur puerilis angui nea verna lis. Et pars alia que est a medio celi usq; ad gradum occidentalis signi id est septime qui est super circulum hemispherij occidentalis que est domus no-



**Additio:**  
Habebit do-  
mus alias  
ptutes. nā  
pm a dom⁹  
duodecim  
habet ptus-  
tes. 2. qua-  
tuor. 3. qui-  
os. 4. octo.  
5. septem. 6.  
vna. 7. no-  
uez. 8. tres  
9. sex. 10.  
undecim. 11.  
decez. et 12.  
duas.

na: octaua et septima: et est meridiana feminia recedens significat mediā etatem: et vocatur profecto iuuētutis estivalis colerica. ¶ Tertia quoque pars que est ab occidente usq; ad gradum quarte domus que est super circulum meridiei sub terra que est domus sexta. 5. et. 4. est occidentalis mas- sculina adueniens significat finem vite: et vocatur autumnalis melancolis- ca et est sensilis et est mediocris etatis. ¶ Quarta pars q̄ est a quarta do- mo usq; ad ascendēs que dom⁹ est tertia secunda atq; ascendēs est septen- trionalis feminia recedens significat qđ accidit homini post mortē ei⁹ et ad qđ deuentet corp⁹ eius vel ei⁹ dispositio de dimissa sublata: aut qđ dicet de eo. s. virū laudetur vñ vituperet: et vocat hec ps sensilis flegmatica defe- ctiva hyemalis. Et ille due ptes q̄ sunt a medio celi usq; ad ascēdēs. et ab ascēdēte usq; ad quartā domuz: ista medietas vocat medietas ascēdēs: et

# Alkabitij astronomi tractatus.

relique partes q̄ sunt a quarta domo usq; ad septimā: et inde ad mediu[m] celi vocat medietas descendens. Et quicquid fuerit sup terrā ex círculo id est illa pars círculi superior dicit[ur] dextra. et q̄ sub terra id est illa pars inferior dicit[ur] sinistra. Et ascēdens et q̄rta et septima et decima dñs alamed id est q̄s nos angulos vocamus ut pulchrius sonet. Et scđa domus octaua et q̄nta et vndecima succedentes anguli vocant. Tertia aut et .vij. ix. ac .xij. cadentes ab angulis dñs. Cum ergo planeta in angulis vel ei succedētibus fuerit dicitur pficere: et si fuerit in cadentib[us] ab angulis dicit deficere: et una queq; istarum domorum significat aliquid de esse hominum.

## Glossa super textu de esse círculi accidentali.



**Ed quia auxiliante deo.** prius auctor determinat de esse círculi signoru[m] essentiali. H[oc]c determinat de esse accidentali ipsius. Et diuiditur in duas partes: qm̄ primo continuat dicta dicēdts. Scđo prosequitur ibi: nam círculus signoru[m]. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo determinat de divisione accidentalis círculi signoru[m]. Secundo determinat de proprietatibus et significationibus cō sequentibus ipsam divisionem: et incipit ibi: quarta autem pars que est ab ascēdente. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo ponit proprietates et significationes quartarū. Secundo ponit significationes singularum domorum: et illa incipit ibi: et una queq; domorum. Primo dicit postq; compleuit esse essentiale círculi signoru[m]. Nūc vult tractare de esse accidentalis ipsius. Postea dicit q̄ círculus figuratur qualibet hora tali figura que diuiditur in quattuor partes quas diuidit círculus orizontis et círculus meridianus. Et quelbet istarū quartarū diuiditur in tres ptes equales s[ic]m diuisionē signi ascendētis in círculo directo. Et hoc modo diuidit totus círculus in .12. ptes que vocātur turre vel domus: cuius expositio est in canonibus tabularu[m]. Intelligendi sunt duo círculi magni trāseuntes per polos mundi: quorum unus est círculus meridianus: et alter círculus transiens per punctum zodiaci q̄ est in contactu orizontis orientalis: et p[er] punctum oppositum scilicet qui est in contactu orizontis occidentalis intersectans círculum meridianum super polos mundi. Iste duo círculi diuidunt totū celū in quattuor partes q̄ q[ui]nq[ue] inter se sunt e[st]q[ue]les q[ui]nq[ue] ineq[ue]les: vt plurimū tamen sunt ineq[ue]les. Si em̄ principiū Arietis vel principiū librae fuerit in ascēdente. Iste partes sunt equalis. In omnibus autem alijs dispositionibus sunt ineq[ue]les. Postea intelligatur portio círculi equinoctialis intercepta inter círculum meridianū et círculum transuentem p[er] initium ascēdenter diuidi in tres partes equalis. Similiter alia portio círculi equinoctialis que est ab ascēdente usq; ad inferiore ptē círculi meridiani. scilicet ad angulum terre intelligatur diuidi in tres partes e[st]q[ue]les. Deinde imaginent círculi magni transuentes p[er] diuisiones predictas et p[er] polos mundi. tūc portio zodiaci intercepta iter quoilibet duos círculos proximos est una dom[us]. H[oc]c est positio Ptolomei. et ista tenet cōiter. Est etiā alia imaginatio de domib[us] quā tenet Albrahā auenezre. Et imaginatur transire círculos p[er] diuisiones equinoctiales: et per interfectionem círculi

Dissilio.

Subdit:

meridiani et orizontis in parte septentrionalis. Ista via communiter non tenet: ideo non curo eam multum explanare. Inuenire autem principia. 12. domos per astrolabium non est difficile: immo leve. cuius doctrinam hic interponere esset longum et superfluum cum in canonibus astrolabis fuerit posita sufficienter. Qui autem voluerit domos equare per tabulas in canonibus tabularum primi mobilium: et doctrinam completam inueniet. Deinde dicit auctor principium huius divisionis est ascendens cuius initium est in punto hemispherii ex parte orientis. Deinde sequitur secunda domus: deinde tertia: et sic usque ad duodecimam.

**Quarta autem pars.** Hic auctor ponit pupillates et significatio-nes circuiti signorum consequentes divisionem eius accidentalem. Et dicit quod quarta pars circuitus est ab ascendentem usque ad medius celi. scilicet 12. domus. 11. 2. 10. dicit quarta orientalis masculina adueniens. Et significat initium vite et vocatur puerilis sanguinea. Et alia quarta est a medio celi usque ad gradum occidentis. scilicet 9. 8. 7. 7. domus dicit metidiana feminina recedens a nobis: et significat mediaria etate que vocatur perfectio iuuentutis: et vocatur estivalis et colerica. Tertia quarta que est a gradu occidentis usque ad angulum terre. scilicet 6. 5. 2. 4. domus est occidentalis masculina accedens ad nos: et significat finem vite: et vocatur autumnalis melancholica. et est mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre usque ad ascendens. scilicet tertia secunda et prima domus est septentrionalis feminina recedens a nobis: et significat quod accedit homini post mortem eius quantum ad membra hominum. scilicet utrum dicatur de ipso bonum vel malum. Et hec pars vocatur sensibilis phlegmatica defectiva et hyemalis. Et est recte comparatio quam auctor ponit hic sicut illa quam posuit in divisione essentiali circuiti: excepto quod addit hic quod significat initium et medium et finem vite: et quod accidat homini post mortem eius. Postea dicit quod tota illa medietas que est a medio celi eundo per accedens usque ad quartam domum vocatur medietas accedens. Et alia medietas que est a quarta domo eundo per gradum occidentis usque ad medium celi vocatur accedens. Et tota medietas que est super terram vocatur dextra et illa que est sub terra vocatur sinistra. Deinde dicit quod prima domus. 2. 4. 2. 7. 2. 10. vocantur anguli. Et 2. 5. 8. 11. vocantur succedentes angulis. 3. autem. 6. 9. 7. 11. vocantur cadentes ab angulis. Deinde addit quoddam notabile. dicit cum planetae fuerint in angulo. vel in succedente dicitur proficere. et si fuerint in cadentibus dicitur deficere.

**De domibus et significationibus earum.** **Textus.**

**P**rima domus cuius initium ortus in circulo hemispherii orientalis vocatur athale. id est ascendens hec sicut corpora et vitam et ini-  
tia operum in interrogationibus et oratione et locutione et rumorebus.  
Et quod cogitat interrogatas in aucto suo: et sicut initia vite. Et dixit  
aldeo god in nativitate. quod dominus triplicitatis ascendentis prius  
significat vitam et naturam nati seu interrogatis et eius delectationem atque vo-  
luntatem: et quod diligit. et quod odio habeat: et quod boni seu mali ei adueniat in  
initio vite eius: et dominus triplicitatis secundus significat vitam et corpus et vir-  
tutem seu fortitudinem et medietatem vite: et dominus triplicitatis tertius  
significat id quod socius eius significauerunt: et significat finem vite in morte.

# Alkabitij astronomi tractatus.

**C**luditio. Habet domus quilibet alias virtutes. nam prima. 12. habet virtutes. secunda. 4. tertia. 5. quarta. 8. quinta. 7. sexta. 1. septima. 9. octava. 3. nona. 6. decima. 11. undecima. 10 et duodecima. 2.

## Glossa super textu prime domus.



**L**vna queq; istaruz domorum. **C**hic auctor ponit significations proprias cuiuslibz. 12. domoz. Et tota ista p; p; pot diuidi in quatuor: qm. iiii prima pte ponit significations. 12. domoru quatu ad esse homin. In secunda parte ponit significatioces domorum quantum ad colores. In tertia parte ponit quasdam regulas que possunt dici amphousm. In quarta parte docet eligere significatores. Prima incipit in principio. Secunda incipit ibi: significant: z. 12. domus colores. Tertia ibi: et dicitur in significatione domorum. Quarta ibi: et cum volueris scire planetam dominatore rei. Prima pars potest dividiri in duodecim partes secundum q; ponit significations. 12. domorum et vbi incipiunt patebit. Primo dicit q; vna queq; domus significat aliqd de esse hominum. Nam prima domus que incipit ab orizonte orientali q; vocatur ascendens significat corpora hominum z vitam initia omnium operum in interrogationibus z locutionibus z rumoribus et ceteris talibus. Et significat cogitationem querentis scilicet quod querens habet in animo z significat principium vite. Et dominus triplicitatis pme domus primis significat vitam z naturam nati seu interrogantis: z eius delectationes atq; voluntates: quid diligat vel quid odio habeat: z quid boni vel mali accidat ei in inicio vite. Et secundus dñs triplicitatis huius domus significat vitam z corpus z virtutem siue fortitudinem nati z medium vite. Tertius dominus triplicitatis significat idem q; socij z significat p se fine vite. Ex ista littera potest colligi q; si primus dominus triplicitatis huius domus fuerit fortior alij duobus erit prima pars vite melior: et sic de alijs duobus intelligas. Circa istam domu quedam sunt notada. Notandum est primo de intentione querentis quod dicit Ptolomeus in. 94. propositione centiloquij. Locus fortioris significatoris in ascidente est id qd est in aio interrogantis. Iosq; cū volueris scire intentionem qrcit: vide q; planetarū habeat plures fortitudines in ascendente i illa hora qn venit ad te aio interrogadi: z vide in q domo ex. 12. domib; sit ille planeta: z dicas fm significaciones illi<sup>2</sup> dom<sup>2</sup> in qua fuerit. Verbi ḡra. Pono q; ascēdēs sit leo z sol hēat plures fortitudines in gradu ascēdēte: z pono q; sol sit i. 2. domo dico q; itētlo sua ē petere de substālia sua vel de lucto: vel de aliquo p̄simi li. Et si sol fuisset in tertia domo dīpissim q; vellet petere aliquod de esse fr̄is vfratrū z sic de alijs domib; suo mō. Et si venies ad te tenuerit aliquā rē in manu sua v'l' alio mō eā occultauerit: z si volueris scire substālia z naturā illi<sup>2</sup> rei a spicē planetā fortiorē in ascidente si aspercerit ascēdens erit illa res de substālia signi ascēdētis. Si nō aspercerit ascēdēs erit de substālia signi in quo est planeta. Si fuerit signū terreū: erit de natura terre vel aliq; res q; nascit̄ deterra. Si fuerit signū aqticū: crit aliq; res de nā aq; vel q; nascit̄ in aq;. Si fuerit aereū: erit aliq; res de nā aeris. Si fuerit signū

ignis erit aliqua res q̄ opera ē p̄ ignē. Et si volueris scire colorē rei aspice dñm hōre z fm̄ colorē illi⁹ iudica. De colorib⁹ planetarū dicet postea, vbi loquet de naturis planetarī dñio p̄cedente. Et si volueris scire vtrū res sit noua vel antiqua aspice lunā; si fuerit sup̄ terrā erit noua; si fuerit sub terra erit antiqua. Et si volueris scire vtrū sit longa vel brevis aspice dñm termini gradus anguli terre q̄ si fuerit in auge sūl circuitū erit res longa. Si fuerit in opposito auglis erit brevis. Si in longitudinibus medijs mediocris inter longū z breue. H̄ec est sūla P̄tolomei in. 90. propositiōe cētiloquij. Cū aspererit significator ascendēs zc. Dicit H̄aly Ebēragel si aliq̄s q̄sierit a te dc̄ vita sua vtrū sit longa vel brevis: aspice dñm ascendētis z lunā. Si fuerit saluī ab infortunis significat longā vitā. Et si fuerint cōbusū vel infortunati significat paruā. ¶ Notādū est circa nutritionē. I. vtrū puer sit vitalis vel nō. Dicit H̄aly Ebēragel q̄n dñi triplicitatis lūminaris t̄pis vult dicere dñi triplicitatis signi i quo est sol si fuerit nativitas diurna vel signi lune i nativitate nocturna fuerint i ascēdēte: vel in. 10. domo. vel. 11. vel. 5. est significatio bone ac leuis nutritiōis. Et si fuerint i septima. significat mala nutritionē: z anxiā atq̄ laboriosam. Q̄ si grad⁹ ascēdēs z lūminare t̄pis dānati fuerint: significat q̄ nō nutrīt nisi dñi triplicitatis fuerit saluī z firmi in angul. Q̄n luna fuerit infortunata in ascēdēte nutritionē nō significat. Q̄n luna fuerit in. 4. domo iūcta corporaliter cū infortuna aut de q̄rta vel oppositione aspicit infortunā significat q̄ non nutrīt z mater et⁹ est in pīculo; aut forsītā moriet̄. Dicit Abrahā Euenezre. Si dñs ascēdētis fuerit cōbusus natus nō viuet spaciū. 8. dierū. Portata fuit mihi nativitas vnius pueri cui⁹ ascendēs erat virgo: z M̄ercurius fuit in piscib⁹ in detrimēto suo retrogradus z cōbus⁹. z ego credidi huic dicto z dixi q̄ puer nō viueret p̄ octo dīes z mortuus fuit in sexta die. Dicit H̄aly Ebēragel. cōlunctio planetarū humanitatē nō significat. Vult dicere cōluctio pluriū planetarū in ascēdēte nō significat nutritionē. Et ponit ibi vnu exē plū notabile. Dicit vocavit me rex nře cluītatis: z vna ex multib⁹ pepererat filiū z fuit ascēdēs libra. 8. gradus termin⁹ M̄ercurij; z fuerit in eo Jupiter. Uen⁹: Mars z M̄ercuri⁹ z cōuenit ibi vna societas astrologōis z quilibet eorū suā opinione dixit: z ego tacui. Rex dixit mihi qđ habes q̄ non loqueris. Cui tñdī date mihi terminū triū dierū: q̄ si fili⁹ vester trāsierit tertīū dīe erit de ipso miraculū magnū. Et q̄n natus cōpletas habuit 24. horas posuit se ad loquendū: z locutus fuit z fecit signū cū manu z rex multū expauescerat inde. Et dixit possibile esse q̄ diceret aliquā p̄phetiā vel aliquid miraculū. Et rex iuit ad natū. z nos cū eo ad audiendū quid diceret. Et infans dixit: ego sum natus infortunatus z natus sum ad iudi- candū amissionē regni z destructionē gentis almane. H̄inc statim cecidit natus z mortuus est. ¶ De his qui mouunt anteq̄ recipient cibum dicit P̄tolomeus in quadripartito generaliter dico q̄ q̄n aliquid lūminare fue tit in aliquo angulōu z fuerit similiter aliqua infortuna participationē habēs cū eo in longitudine q̄ sit cū eo gradu p̄ gradū: vel ipsum aspiciens in figura duorū alterū equaliū. Hec habuerit cū eo fortuna participationem de figura. Et dispositor lūminariū loci inuentus fuerit in locis planetarū infortuniarū nat⁹ ille nō recipiet cibū z mortet hōra q̄ nascet. Dicit abrahā cum fuerit cauda draconis in ascēdente nativitatis natus ille erit cecus

# Alkabitij astronomi tractatus.

et fini distantia eius a gradu ascendente erunt anni. Verbi gratia: si fuerit in 10. gradu ab ascendentem cecabit in 10. anno. Electiones huius domus sunt inceptione rerum, sicut incipere edificare vel aliqd cōsimile. Dicit hyperspalensis in electiōibus p̄ me domus. Si scueris natuitatem aliquius caueas in electione sua ne ponas signum in ascendentem in quo fuit in fortuna in sua natuitate. Si autem ignoraueris natuitatem elige secundam naturam retinque fit electio. verbi gratia: si fit electio per incipiendo scribere aliquem librum fornicetur mercurius. Si per eundo ad bellum fornicetur mars. Si per edificandum ponatur signum fixum in ascendentem. Dicit idem hyperspalensis volens horam sanguinis minuēdit eligere fac ut sit luna in trino vel sextili aspectu martis: et caue ne sit contumcta cum eo corporaliter vel in quarto vel in opposito eius. Et fac ut sit luna in signo humoris minuendi.

**Sanguinis electio notabilis.** Additio. Quoniam planeta fuerit a cuspidi vel angulo ultra quinque gradus elongatus de cadens ab angulo ut si nonus arietis gradus ascenderet aliquid planeta esset in eius. 3. vel 4. gradu dicitur cadens. Et dixit Iohannes. quod significator in opposito non est luna nec ille qui per fuerit ascendentis terminus planeta cui tangent fortitudines dignitatis in ascendentem et in locis luminario sum et fuerit vacuus cursu. id. nulli iunctus et non continetur dispositionem suam alteri et si forte illa qui peruerit ascendentem tangatur alteri et ille iterum alteri et ille ad quem pertenerit coniunctio ultima nulli tangatur talis erit significator. Planeta deinde sub radius solis quam inter ipsum et sole sunt duodecim gradus minus et plus sexdecim minutis quam cum fuerint inter planetas et sole sexdecim minuta tantum vel minus de esse fortis quod tunc est in corde solis. Hoc dicit Guido bonatus consideratione. §3.

## ¶ De secunda domo.

## Textus.

Secunda domus.



**Ecunda domus** est domus substantia ac virtus et ministerium et auxiliatorum: et significat fine annorum vite. id. finem iuuentutis. Et dixit aleander god de dominis triplicitatis domus substantie: de primo. sc. secundo ac de tertio vide quod eorum sit fortior esset loco hunc factes merito auctore substantie et significatore acquisitior: quod si fuerit in medio celum inueniet haec a rege: et si fuerit in domo fidei alias fiducie est melius. Similiter dominus triplicitatis primus dat substantiam in initio vite: et secundus in medio vite: et tertius in fine eius.

## ¶ Glossa super textu de secunda domo.



**Ecunda domus**. secunda domus. Et dicit quod secunda domus significat substantiam et virtutem et auxiliatores et ministros et significat finem iuuentutis. Et Anduzgā dicit vide quod ex tribus dominis triplicitatis domus substantia sit fortior in se. id. in loco in quo est in figura et habet factes significatore substantie. Qui si fuerit in decima domo habebit substantiam a rege. Et si fuerit in domo fiducie. id. in undecima erit melius. Elia Ira hinc si fuerit in domo fiducie erit magis. Credo quod prima Ira sit vera. Domus enim fiducie est domus substantie regis. Et primus dominus triplicitatis dat substantiam in principio vite: qui si fuerit fortunatus

erit natus diues in principio vite. secundus dat substantiam in medio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues in medio vite. tertius dat substanciam in fine vite. qui si fuerit fortunatus natus erit diues in fine vite. Et similiiter intellige de infortunis eorum. i. si aliquis eorum fuerit infortunatus amittet natus substantiam in illa parte vite quam ei attribuitur. Dicit hyspalensis in canonibus suis dominus considerat utrum dominus sit in ascendente vel dat vim suam domino ascendenter et non sit in domo lapsa si sic habebit lucrum sine labore. Et si econtra fuerit sit ecclavesio. Et si Iupiter fuerit in natali angulari vel sit in suo honore vel habeat vim in ascendentem vel consideret propter fortunam: vel sit dominus solis in natali die: vel dominus lune in natali noctis: vel sit dominus hore non deerit natus census in vita sua: quod hic id est Iupiter est dominus substantiae. Si vero dominus ascendenter aspiciat dominum substantie vel suam dominum propter fortune aspectu intimitate destruet substantiam manu sua propria. Si dominus ascendenter fuerit in secunda domo infortunatus dabit proprio velle substantiam suam. Si vero sit ibi planeta infortunatus quam non sit dominus ascendenter capiens ab ipso vi sive furto. Si capricornus sit ascendens natus erit cupiditas et auarus: quod dominus ascendenter et dominus secunde sunt idem. scilicet saturnus. Dicit Ptolomeus in canonibus suis dominus res pertinentes ad lucra substantie quo erunt convenienter nobis perquirere a parte fortune solummodo quam scimus semper per id quod est inter sole et lunam et proiecitur ab ascendentem in nascentibus de die et in nascentibus de nocte. Juxta quod notandum est quod pars fortune secundum Ptolomeum proiecitur hoc modo. subtrahatur verus locus solis a vero loco lune et quod remanserit computatur a gradu ascendentis et ubi numerus finitur ibi sunt partes fortune. hoc modo iubet Ptolomeus semper facere sive fuerit in die sive in nocte. De hoc plius dicit deo concedente in expositione quinto differentie. ibi enim hys locum. Postea dicit Ptolomeus iudicium huius est illius maneriet. Volo dicere accipe planetas gubernatores signi. Dicit ibi Haly quod regula per quam scimus natum diuitias est accipere planetas gubernantes locum partis fortune et propones illum quod habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolomeus et quoniam gubernatores partis fortune fortes et potentes fuerint. crit natus magna et diuitiarum maxime si duo luminaria testificabuntur ibi testimonio concordato. i. aspectu trino vel sextili. Ptolomeus scilicet quod Saturnus significat quod diuitie natum erunt ex parte mulierum: aut per laborem terre: aut per maria. Et Iupiter significat quod diuitie erunt per senescallia vel per donis bonorum et religiosorum. Et Mars significat quod diuitie erunt perducendo milites: aut gubernando homines armorum. Et Venus significat quod diuitie erunt per donis amicorum et mulierum. Et Mercurius significat quod diuitie erunt per scientias et mercimonias. Dicit Haly abenragel debemus in hoc primis inspicere ad stellas fixas quae sunt prime et secundae magnitudinis. Et si altera quae earum inuenierimus in gradu ascendentis: vel in gradu decimi domus: aut in gradu septimi: aut in gradu quarti: aut in gradu solis si nativitas fuerit diurna. vel in gradu lune si nativitas fuerit nocturna. Et melior hora locorum omnium est gra. ascendens. deinde gra. io. domus: deinde gradus septimi: deinde quarti. Et si de predictis stellis fuerit in duobus locis vel in tribus: aut pluribus si natus fuerit cum hoc de progenie regis erit rex altus. Et si de progenie regali non fuerit: habebit potentiam et mandatum simile potentie et mandato regis. et perveniet ad magnam nobilitatem et altum dominium et principiet

# Alkabitij astronomi tractatus.

ciuitatibus villis et genti. Et scias quod stelle fixe. s. primi honoris eleuant hominem ad alium gradum: et magnam dignitatem permutant de infimo ad supremum. Hoc idem dicit Ptolomeus in. 29. propositione centiloquij stelle fixe dant domum modum excedentia: sed multotiens finiunt in malum. Dicit Iohannes in commento eiusdem propositionis cum he stelle sole preferint. i. sine testimonio fortunarum planetarum erit mox illorum mors pessima. Dicit Iohannes Abenragel quod pars fortune fuerit cadens. et in malo loco vel fuerit sub radice solis: aut in radicibus infortune et dominus eius in loco peregrino. i. in loco in quo nullum habet dignitatem et dominus secunde domus non aspergit ascendentes: nam erit laboriosus et pauper et angustia et miseria vita viuet. Non est bonus sol nec quod mars neque saturnus in secunda domo in aliqua nativitate nec inde natus bonum habebit quoniam sol destruet planetas: et auferit eis lumen: et mars est significator impedimentorum laborum et defectus substantiae. Saturnus significat paupertatem et indigentiam et preciosum hoc toto est si dominus secunda substantia fuerit combustus cum damnatio peritis fortune. Dicit abraham auenezre: si volueris sciri quod nascitur fuerit paup vel diues aspice dominum secundum domus quod si fuerit fortunatus erit diues: si combustus vel retrogradus vel in casu suo erit paup: sicut dictum est in nativitatibus: ita intellige de questionibus. De electionibus quod si in hac domo dicit hispalensis si volueris emere aliquam rem cum lucrandi aspice ut sit luna in aspectu trino vel sextili: et caueas ne sit sub luce solis: et melius est ut dominus ascendentis det vim planete expleteti in decima vel undecima domo: ita quod recipiens non sit retrogradus. Si Jupiter sit in ascendentem quartadecima vel undecima vel secunda domo bonum est. Aspice etiam ut sit pars fortune in bono loco et melius est ut dominus partis eius aspiciat vel Luna vel sol.

## Tertia domo.

Textus.

Tertia domus.



**T**ertia domus est fratribus et sororibus et propinquorum ac dilectorum fideli atque religionis mandatorum ac legatorum mutationum atque itinerum minorum: et significat esse vite ante mortem. dicit alendez god dominus triplicitatis domus fratribus. primus signat fratres maiores: et secundus medios. tertius minores: eritque eorum dignitas et eorum esse secundum loca eorum.

## Glossa super textu tertie domus.



**T**ertia domus. Hic ponit significaciones tertie domus: et dicit quod tertia domus significat fratres et sorores propinquos et cognatos et dilectos: et significat fidem ac religionem mandata et legationes mutationes: et itinera beatitia. Et significat esse vite ante mortem. Et dicit Anduzgam dominus triplicitatis huius tertie domus primus significat fratres maiores. Secundus mediocres. Tertiis minores. et eorum statim et dignitas iudicant secundum statim istorum dominorum. Dicit Iohannes Abenragel quod sol fuerit dominus tertie domus ab ascendentem combustus destruerit dominum secundum domus aut partem substantie significat quod natus perdet substantiam occasione fratrum: et solvet pro eis impositiones amissiones et dona multa. Quando dominus tertie domus et pars fratribus vel Jupiter fuerint in signis communibus vel signis multorum filiorum et fortune

aspercerint eos aspectu amicile: et cum receptione: sicut per natus ille primogenitus est a fratribus suis: et per habebit fratres potentes et bonos. Si dominus domus fratrum fuerit combustus aut pars fratrum fuerit combusta vel si sol fuerit in domo fratrum. aut in opposito signo: he sunt significaciones paucorum fratrum et quod destruent et expurgent. Quando dominus domus fratrum in fortunis: natus fuerit super terram: significat quod danum et occasio pueret in fratribus qui fuerint ante eum. Et si haberet istud infortunium eo existente sub terra malum: et danum istud peruerteret ad fratres qui erunt post eum. Et hoc modo dices in bonis et fortuna quoniam fortunatus fuerit in locis bonis et fortibus. si dominus domus fratrum fuerit in ascendentem: significat natum esse primogenitum: vel erit solus sine hoc quod vno fratres habebit vel sorores vel quoniam inter ascendens et medius celum non fuerit alius planetum significat similiter per natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascentur post eum perderentur. Et si forte aliquis ex eis remanserit semper tunc erit maior et melior. Quando in aliqua revolutione annorum nati fuerit dominus tertie domus in decima ab ascendentem nativitatis alius frater eius morietur in illo anno. Similiter si dominus tertie radicis nativitatis fuerit in decima domo revolutionis: hoc est ideo quod decima domus ab ascendentem est octaua a domo tertia. Si alius consenserit a te de statu fratris sui aspice signum tertium ab ascendentem quod est domus fratrum et dominum sue triplicitatis et dominum illius domus que ex fortunis vel infortunis aspicit ipsum et in quo loco est: quia si inuenieris dominum tertie domus in sexta domo vel applicante dominum sexte domus: aut dominum sexte in tertia. dicas quod frater eius est infirmus. Et si ipsum inuenies in quinta vel. ii. dicas quod frater eius non est in loco suo: quod tunc extra locum suum. Et si inuenieris dominum tertie domus infortunatum: aut in. 12. dicas quod frater eius est in anxietate aut in infirmitate. Et si inuenieris dominum tertie cum parte ambos confunditos et combustione intrantes sub radiis solis. dicas quod non evadet ab infirmitate. Et si ambo combusisti fuerint iudicam modis oibus morte. Et hoc modo inspectas si interrogatus fueris in rebus pertinentibus ad alias domos ut de patre vel filio vel uxore et cetero. Dicit hyperspanensis volens incipere primum iter fac ut planeta fortuna aspiciat domum terram vel eius dominum: ita quod non sit ibi malus vel eius quartus aspectus vel oppositus. Si est luna in tertia domo bonum est. Cancer Leo et capricornus mali sunt per breui stinere. Luna in ascendentem vel in quarta domo in omni electione malum. Lauendum est ne luna sit in via combusta que est a. 19. gradu librae usque ad tertium Scorpionis. Lauendum est etiam ne sit luna per caput vel cauda draconis infra. 12. gradus.

## ¶ De quarta domo.

## Textus.

**Carta** domus est patrum hereditatum finis rerum et thesaurorum et omnis ab scinditorum atque occultorum signat de esse vice hois fine dixit Quarta aledego god per dominum triplicitatis domum patrum sicut partes secundum domus ciuitates et terras. tertius fines rerum carceres.

## ¶ Glossa super textu quarte domus.

**Carta domus.** Et dicit per quarta domus significat partes et hereditates et fines rerum et significat thesauros et omnes res occultas absconditas; et significat fines vite. Et dicit aduzgā dominus triplicitatis d. iiiij

## Alkabitij astronomi tractatus.

quarte domus primus significat patres. scđs significat ciuitates et terras. tertius significat finē rerū et carceres. Dicit Haly Abenragel. Et si status patris a dominis triplicitatis q̄rte dom⁹. Si dñs triplicitatis q̄rte domus primus fuerit in domo vel in exaltatiōe sua: aut in suo haim recept⁹ a sole vel Jove et fuerit in alto loco medi⁹ celi vel in quinta domo sicut bonū statū patri nobilitatē altitudinē et diuitias posse et longam vitā et bonā fortunā. et hoc si signū in quo fuit hic planeta fuerit masculinū: tamen si signū ipsū fuerit femininū significat matri ea que diximus: et maxime si planeta fuerit feminin⁹. Quid sit haim exponeſ postea deo cōcedēte. Et si scđs dñs triplicitatis quarte domus fuerit fortunatus pater habebit terras et populabit eas et laborabit in eis: et habebit ex hac parte bonā vtilitatez aut lucru. Et si fuerint hi planetæ in esse diuerso seu contrario contrarium iudica. Et si dñs triplicitatis q̄rte domus tertii⁹ fuerit fortis et fortunat⁹: vt pdixim⁹: pater erit hō q̄ extrahet thesauros et vineas incidet: et aptabit lapides p̄ciosos. Et si fuerit in diuerso statu ab eo qđ diximus erit incisor lapidū vel laborabit in materijs malis et fetētibus. Si sol in nativitatibus diurnis vel saturn⁹ in nocturnis. Et pars p̄ris similiter aspererint ascendēs vel ei⁹ dñm de quarto vel opositiōe sicut q̄ pater nati filiū abhorrebit et odiet eū et procurabit ut interficiat. Et si luna et pars matris aspererint ascendens vel ei⁹ dñm abhorribilitas illa et malivolentia in filium erit a matre. Dicit hermes quarta domus est fouea planetarū qđ est in fundo circuli celi et infirmitate: et est in trino aspectu. 12. dom⁹. q̄ est dom⁹ tenebris rū laborū anxietaz et carcerū: et est gaudiū in fortune matris: et est in sextili aspectu sexte domus. q̄ est domus tenebrosa infirmitatis et dāni et gaudiū in fortune minoris. Qn aliquis planeta fuerit in quarta domo et in suo casu est sicut homo in solitudine suffocatus donec exeat inde. Dicit Haly abenragel qn pars fortune fuerit infortunata. in signo masculino iudica quod pater prius moriet⁹ q̄s mater. Si in signo feminino mater prius moriet⁹ q̄s pater. Pars patris accipitur de die a sole in saturnum et de nocte econtra et projectur ab ascēdēte. Pars matris accipitur in die a venere in lunā et de nocte ecōtrario et projectur ab ascēdēte. Si dñs partis patris fuerit sup terrā et dñs partis matris sub terra iudica q̄ mater prius morietur q̄s pater. Et si contrarium fuerit contrariuz iudica. Dicit Haly Abenragel dixit alhezen. filius alhezib. Quadam die cum esset cum abolaben et fuit cū eo metaefo venit ad me quidā senex et dedit mihi chartam vñā in qua scripta erat vnius nativitatis figura. et dixit mihi q̄ spicerem in eadē figura. et ego quesui ab eo cuius erat illa figura seu nativitas. q̄ respōdit q̄ erat cuiuscā filij sui et dū inspicerem et cogitare in ea abolaben accepte eam de manu mea et aliquantulū aspergit in ea et dixit. Primiū q̄ in hac nativitate videmus est q̄ natus iste ortus est de adulterio quia non est filius illius q̄ dicit q̄ filius eius est. Ego dixi unde habes hoc et respondit senex ille dicit quod hec nativitas est filij sui et pater nati cuius est hec nativitas iam sunt quartuor anni q̄ decessit et obiit eodem anno quo natus ortus fuit. Et ego q̄siui unde habebat hoc: et ipse dixit: ego aspergi ad graduz patris et inueni eum in opposito matris et non erat inter eos plus uno gradu. Et inueni partem patris in undecima domo ab ascēdente que est octaua et quarta et erat inter partem et saturnuz unus gradus propter

quod iudicauit q̄ pater huius nati anno quo natus fuit ortus deceſſit. et hic ſener dicit qđ eſt fili⁹ etius: vnde natus adulterin⁹ eſt: et tūc ſener dixit: ego nō ſum pater huius nati. ſed eſt fili⁹ filii mei: et fili⁹ meus pater et⁹ deceſſit eodē anno nativitatis iſſius: ſicut hic homo bonus dixit.

## ¶ De quinta domo. Textus.



**Quinta domus** filiorū et dilectionis legatorū atq; donatio-  
num: et significat qđ futurū ſit post mortem ex laude  
scilicet et vituperio. dixit alendezgod qđ dñs triplicitatis do-  
mus filiorum. p̄mūs significat filios et vitam. ſecundus dile-  
ctionem. tertius vero legatos.

## ¶ Glossa ſuper textu de quinta domo.



**Quinta domus.** Hic ponit auctor significatiōes q̄ntē  
domus. Dicit qđ hec dom⁹ ſiḡt filios tam  
maſculos q̄ feminas. Et ſiḡt dilectiones et legatos ſiue nun-  
cios et dona. Et qđ futurū ſit post mortem ex laude vel vituperatio-  
ne. Et dicit Alendezgod qđ dñs triplicitatis dom⁹ filiorū. p̄mūs  
ſignificat filios et vitā eoz. Scđs designat dilectiones. Terti⁹ ſiḡt legatos  
ſiue nūcios. Dicit ptolomeus in rōnibus hui⁹ dom⁹ puenit ut inspiciam⁹  
ad planetas exiſtētes in loco zenithi capitū noſtroz: et ad locū q̄ ſequit il-  
lū: et eſt locus fortune: et ad locū partícipē cū illis in figura. Dicit Haly in  
cōmento: locus q̄ eſt zenithi capitū noſtroz eſt. 10. domus et loc⁹ q̄ ſequit  
eſt. 11. dom⁹ q̄ eſt domus fortune. Et regula qua ſciem⁹ eſſe filioz eſt acce-  
pta a plāetis exiſtētib⁹ in hīs locis: aut exiſtētib⁹ in locis partícipatib⁹ cū  
et ſdē ſicut eſt ascēdens: et. 7. domus q̄ vtraq; eaz partícipat cū. 10. et. 11. Et  
ſi nō inuenērīmus in hīs locis planetā inspictem⁹: ſi quos inuenērīm⁹ in  
4. domo. vel in. 5. et accipiem⁹ inde ſignificationē. Dicit Ptolome⁹ et luna  
venerē: et Jovē iudicabim⁹ in dādo filios. Sole martē et saturnū in auferē  
do et dabit̄us mercuriū participatore cū quocūq; eoz q̄ ſecū partícipet fi-  
gura. Dicit Haly in cōmēto. Si fuerit in locis predictis aliq; ex planetis  
fortunis ſiḡt q̄ habebit filios. Si aliq; ex infortunis nullū habebit filiū: et  
ſi habuerit erunt debiles et pauci. Et si mercuri⁹ partícipatōne habuerit  
cū fortunis erit fortuna: ſi cū infortunis erit iſfortuna. Dicit Ptolome⁹ et eſt  
ppositio. 144. q̄rte partis res p̄ticulares filioz poteris ſcire p̄ p̄ſideratio-  
nē q̄n bene inſpereris in quolibet eoz ad planetā dantē filios: ita qđ eum  
ponas loco ascēdētis: et ſcieſ cetera p̄ticularia filioz generaliter ſicut p̄  
nativitatē. Dicit Haly in cōmēto. Quod aut vult Ptolomeus in hoc loco  
narrare eſt id qđ accidit in nativitate mea. Inſpexi et inueni. Jovē in de-  
cima domo et in. 28. gradu capricorni aspicientē ſe cū luna saturno et ſiḡt  
ſicabat hoc q̄ habere filios: et qđ morerent: q̄ ſaturn⁹ erat cū Jovē in. 10.  
domo. et q̄ Jupiter erat in ſigno feminino: et luna ſiſr ſignificat qđ eſſent  
plures uno: et q̄ eſſent plures femine. Et q̄ Jupiter erat orientalis: ſignifi-  
cabat q̄ habere maſculū: et ſic habui tres filios. unū maſculū et duæ femi-  
nas: et oēs obierunt: erat aut gradus ascendens nativitatis maſculi circa

## Allabitij astronomi tractatus.

gradū saturni in mea nativitate: et ppter hoc mortu⁹ est cito. Et erat gra-  
dus ascēdēs vni⁹ feminæ in piscib⁹ in sextili. Vnus in mea nativitate et in  
trino lune mee nativitat⁹: et erat sol hylech in signo capricorni. Et erat gra-  
dus ascēdēs alter⁹ feminæ in capricorno: et h⁹ est mirabile. ppter qđ sciri pōt  
qđ nativitates sp̄ iter se p̄cordant vna cū illa. Dicit hyperspalēsis volcs horā  
generādi filiū cligere masculū: sit Jupiter in quinto agulo v̄l sit sol orienta-  
lis sitqđ dñis hora mascul⁹: et melt⁹ est vt signū ascēdēs sit masculinū: et ēt  
etius dñs: et si luna sit fortunata a ioue erit melt⁹. Pro femina accipe signa  
feminia et plāetas feminios et sit Jupiter occidētalis. Dicit Iohaly aberagel  
qñ in qnta domo fuerit aliq̄ fortuna et dñs quite dom⁹ liber ab iſortunijs  
et aspergit mediū celi nat⁹ multos hébit filios et viuet ac ibunt ad bonū.  
Et si fuerit p̄trariū: p̄trium sīgt. Aspice in oībus nativitatib⁹ si inuenis  
luminaria iſortunata nō habēta vllū aspectū fortune: nat⁹ hébit paucos  
filios. ¶ In sciendo temp⁹ in q̄ habent filiū aspice ad planeta q̄ habuerit  
plures dignitates in domo filioꝝ si eū inuenis in pte orientali hébit filios  
a inuirtute sua si eum inuenis in medio celi habebit eos in medio eta-  
tis sue. Et si in septima habebit eos in principio senectutis. Si in quar-  
ta hébit eos circa finē vite sue. Siſr qñ anu⁹ puenetit ad signū in q̄ fuerit  
Jupiter vel ven⁹ in radice nativitat⁹ hébit filiū in illo anno. Dicit Iohaly  
aberagel si interrogat⁹ fueris p̄ muliere si est pgnans aut nō aspice si dñm  
ascēdētis et lunā abos inuenis in domo filioꝝ: aut si inuenis dñm dom⁹  
filioꝝ in ascēdēte liberū ab iſortunijs: dicas qđ mulier illa sit pgnās. et si  
dñs ascēdēt⁹ aut dñs dom⁹ filioꝝ dederit vī suā planeta existēti i agulo. et  
siſr si dñs ascēdēt⁹ recept⁹ fuerit et recipiēs ipz recept⁹. dicas qđ ē pgnās. et  
si dñs ascēdēt⁹ dederit vī suā planete cadēti ab agulo: sīgt qđ nō ē pgnās.

¶ De sexta domo. Textus.



**E**xtra domus est infirmitatū et seruos: et sīgt finē vite: et q̄c-  
qd futuꝝ iit an senectutē. dicit alēde god dñs tripli  
citatis dom⁹ infirmitatū pum⁹ sīgt infirmitates et valitudines  
ab infirmitatib⁹ et a malis et deteriorationes. scđus sīgt vñacu-  
los et seruos. tert⁹ sīgt quid euent ex eis et eoꝝ utilitatē atq̄  
opa. et ligtoꝝ ell bestiāꝝ ac pecoꝝ: et oīm quadrupedū: et fortitudinis eorū  
multitudinis qđ eoꝝ ac paucitatis morbi eoꝝ in manu ei⁹ vel egressionis  
eoꝝ ab ea. s. manu: carceris qđ atq̄ retētionis. ¶ Additio. Locus corū-  
pēs cuꝝ planeta corūpēte: morbi nām patefacit vbi loco. Si planeta cor-  
rūpens. i. dñs sexte dom⁹ sit in ascēdēte morb⁹ est in capite. In. 2. domo ē  
in collo: in. 3. in humeris et brachijs: in. 4. in pectore et stomacho: in. 5. i epa-  
te vel lūbis supiorib⁹: in. 6. in corde vel ppe cor ut in pellicul dyaphragma-  
te in iestinis et in pte inferiou vētris. Et qm̄ ista dom⁹ est infirmitatis sept⁹  
egritudines totū corp⁹ inficiunt. Si in. 7. in inguinib⁹ vbi sepe accidit bonū  
ex expulsione epatis: si in 8. erit in mēbris pudib⁹dis: si in. 9. in coxis sine  
femorib⁹: si in. 10. in genib⁹: si in. 11. in surris: si in. 12. in pedib⁹. v̄l sic cognoscitur  
locus morbi si dñs sexte dom⁹ sit iſortunat⁹ in arietem morb⁹ erit in ca-  
pite: si in tauro in collo: si in gemini in humeris et brachijs et sic de alijs fī  
ordinē supradictū.

¶ Glossa super textu sexte domus.



Ihic ponit sīgtiones. 6. dom⁹. Dicit sexta do-  
mus sīgt infirmitates et seruos: et sīgt finē vite et  
qd futurū sit an senectutē. Dicit anduzgā qđ pum⁹ dñs triplicitat⁹

Sexta do-  
mus.

mutet et propter hoc apparet eius opus magis quam opus altaris stellarum. Et videmus visibiliter quod attrahit humores terre et corporum eam sequentium et pro eo quod habet lucem a sole operat in terrenis calorē modicū accidentalez cum quo facit putrescere et mutari humores existentes in corporib⁹ sicut ossesum est in physica et in natura. Et manifestū est quod lux facit calorē: et potest hoc probari per specula quod cōburūt et similia. et quod luna lucem habet a sole conuenit ut habeat modicū calorē quem facit sicut per accidēs. Et hoc est id quod vult dicit ptolemeus. Et quod hoc non intellexit Albusazar creditur quod erraret in dicto suo dicēs: quoniam potest fumositas humida ad lunam ascendere cum fumositas ascēdere nequeat ultra. 16. stadia et luna satis longius est. Ego vero risi de dictis talibus qualia sunt hec: et dixi qualiter non intellexit hoc: quod ptolemeus noluit dicere quod fumositas humida ascēdat usque ad lunam: sed dixit quod ascensus fumositatis humide quod est nubes lunam docet nos quod attrahit humores terre et altoz corporum eam sequentium sicut adamas trahit ferrum. Alfraganus dicit auctoritate ptolemei quod magnitudo corporis lune est una pars de 39. partibus terre: et dicit quod maius corpus omnium corporum universi est sol et post sole 15. maxime sunt stelle: dicit enim quod unaquez earum tenet corpus terre centum septies. Tertius in magnitudine est Jupiter: quartus saturnus. Post saturnum sunt stelle fixe secundi ordinis quarum quilibet continet terram nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertii ordinis quarum unaquez continet terram septuagesies et bis. post ipsas sunt stelle quarti ordinis quarum quilibet continet terram 54. post ipsas sunt stelle quinti ordinis quarum quilibet continet terram 37. post ipsas sunt stelle sexti ordinis et minor illarum. Imo minor omnium que videntur: quod tamen probatio est possibilis continet terram 18. Status corpus post ipsas est mars. post martem terra: post terram venus: post vencem lunam: et ultimo mercurius. patet igitur secundum alfraganum quod maius omnium corporum est sol et minus mercurius exceptis generabilibus et corruptibilibus. De longitudine istorum corporum a terra dicit alfraganus quod proprius longitudine lune a terra est 33. tantum quantum dimidiū diametri terre et 20. pars eius: eritque hoc 10412. millaria. Et est longitudine longior lune que est proprius longitudine mercurii sexagesies: quater tantum quantum dimidiū diametri terre. et 6. pars eius quod est 208542. miliarioz. et longitudine longior mercurii que est proprius longitudine venus est centum sexagesies septies tantum quantum dimidiū diametri quod est 542750. millaria. Et longitudine venus longior que est proprius longitudine solis est millesimes et ceteras et vigesies tantum quantum dimidiū diametri terre quod est 3640000 miliariorum. Et longitudine solis longior que est proprius longitudine martis est 1220. tantum quantum semidiometer terre quod est 33365000. miliarioz. Et longitudine martis longior que est longitudine iouis proprius est 8876. tantum quantum semidiometer terre quod est 28847000. miliarioz. Et longitudine iouis longior que est proprius longitudine saturni est 14405. Tantum quantum semidiometer terre quod est 46816250. miliarioz. Et longitudine saturni longior que est equalis longitudini stellarum fixarum et est quantitas dimidiū diametri circuli signorum est 20110. tantum quantum semidiometer terre quod est 65357500. miliarioz. Et cum duplicatum fuerit hoc proueniet quantitas totius diametri circuli signorum id est octauae sphere que est 130715000. miliarioz. Et cum multiplicatum fuerit hoc per 3. et septimam vntus puentet quantitas circūferentie circuli signorum vel cuiuscum alterius circuli maioris

descripti in octava sphera que est .41081850.milliariorum; eritq[ue] mensura  
vniuersaliumq[ue] gradus circuiti matoris .1141160.millaria.

## De ordine planetarū. Textus.

**O**rdine vero planetarū seu principatu eorum in concepcionē  
puerorum: et ideo diu fuerint in utero matris. Sciēdūz  
est q[uod] p[ri]mus mēsis ab hora: scilicet concepcionē est Saturni. Secūdūz  
Iouis. Tertiū Martis. Quartū Solis. Quintū Veneris. Se  
xtū Mercurii. Septimū Lune. Octauus Saturni: et tō nō vi  
uit q[uod] nascit[ur] in octavo mēse eo q[uod] sub p[re]tate Saturni nascit[ur]: non Iouis. Pri  
cipiat[ur] q[uod] siue ordinatio planetarū in vita humana. t. qualiter disponat vi  
tam nati ita dividit. Luna incipit ab ingressu natūlū id est a nativitate pueri:  
ri: et disponit sibi quantitatem annorum nutritiōrum qui sunt quattuor  
anni. Deinde Mercurius post decē. deinde Venus octo. postea Sol. 19.  
postea Mars quindecim. postea Jupiter duodecim. deinde Saturnus usq[ue]  
in finem vite.

## Glossa super textu de ordine planetarū.

**O**rdine vero planetarū. **C**hic ponit ordinē  
planetarū in concepcionibus pueroru[m]. s. ordinē in gubernādo fetū. ideo diu est in  
utero matris. Dicit q[uod] saturnus gubernat ipsum ab hora con  
ceptionis usq[ue] ad finē vnius mēsis. In secundo mēse guber  
nat ipsum iupiter. In tertio mars. In quartū sol. In quintū venus. In sexto  
mercurius. In septimo luna: et propter hoc vt dicit puer in septimo mēse  
petit exitum: q[uod] opera omnium planetarū sunt in eo cōpleta: et qui tunc na  
scuntur possunt vivere p[ro]pter eandē causam. Deinde revertitur gubernā  
tio ad saturnū et gubernat ipsum in octavo mēse. et tunc qui nascuntur nō  
vivunt propter maliciā saturni. Deinde gubernat ipsum iupiter in nono  
mēse: et tunc cōmuniter nascuntur et vivunt propter bonitatem iouis. Dein  
de ponit ordinē planetarū in regimē corporis post natūlūtē quantum  
ad processum in etatibus: et dicit q[uod] luna incipit natūlū regere ab ingressu  
eius in mundum et regit ipsum quattuor annis qui sunt anni nutritionis.  
Deinde mercurius regit ipsum decē annis. Deinde venus octo. Deinde sol  
nouē. Deinde mars. 15. post hoc iupiter. 12. Deinde saturnus usq[ue] ad finē vite.

## De natura capitlis diaconis et caude. Textus.

**A**put diaconis est masculinus. Similis etiam est fortuna. et  
natura eius est p[ro]posita ex natura Iouis et Veneris: et  
hoc significat regnum et fortunā atq[ue] substantiam. Et dixerunt  
quidā q[uod] natura eius est augmentatio: q[uod] cum fuerit cū fortuna  
auget fortunam eorum: et cum fuerint cum malis auget ma  
litudinem eorum: et anni fridarte eius sunt tres. **C**lauda vero eius est ma  
la: et natura eius est composita ex natura Saturni et Martis: et significat  
delectionem et casum atq[ue] paupertatem. Et dixerunt quidam q[uod] natura

# Alkabitij astronomi tractatus.

etus significat diminutionē q̄ dum fuerit cuz fortunis diminuit fortunas eorum: et cū fuerit cuz malis diminuit malitiā eoru: ideoq̄ dicitur est caput: est fortuna cum est cum fortunis. et malum cum malis: et cauda mala cuz bonis et bona cum malis: et anni eius fridarie sunt duo.

**Glossa super textu de natura capitī draconis et caude.**



**Aput draconis.** **Hic** ponit naturam capitī et caude draconis et patet.

**I**aūt fuerit aliq̄ dies vel nox alicui⁹ planetarū erit p̄sia hora ipsius planetarū sc̄da hora alteri⁹ planete q̄ ei suc cedit: ceterorūq̄ fin ordinē circuloꝝ pari ratiōe est successio: verbi grā. die venēris cui⁹ est et dies p̄sia hora ē ipsius venēris. sc̄da mercurij. tertia lune. quarta saturni quinta Jovis. sexta martis. septima solis. octaua iterū venēris. nona mercurij. decima lune. undecima Saturni. duo decima Jovis. ecce habes. 12. horas diei inequales. Itē de horis noctis. P̄sia hora sequētis noctis ē martis cui⁹ est et tota nox. Sc̄da Solis. Tertia venēris. Quarta mercurij. quinta Lune. sexta saturni. septima Jovis. octaua iterū martis. nona solis decima venēris. undecima mercurij. duo decima lune. et sic habes etiā. 12. horas noctis inequales. Et incipit dies sabbati postea culus. prima hora est saturni: et ipsi⁹ ē tota dies sic per ordinem numerando inuenis horas diērum et noctium et divisiones earum super planetas singulos si deus voluerit.

**Glossa super textu de horis diei et noctis et.**



**I**aūt fuerit aliqua dies. **Hic** ponit ordinē planetarū. quātū ad dñm dietū et horarū. Dicit q̄ aliq̄ dies sit alicui⁹ planete. p̄ma hora illi⁹ diei sc̄dū q̄ p̄sia hora id est ab ortu solis ē illiusmet. et sc̄da hora est planete q̄ succedit in ordine celoꝝ descēdēdo. et tertia tertij. planete in ordine et sic per ordinē usq; ad finē. 12. horas diei artificiali. Et ille planeta cui⁹ est. 13. hora illa est dñs illi⁹ noctis: cui⁹ est. 25. hoc s. p̄ma hora diei sequētis illius ē dies sequens. et auctor ponit exemplū in littera. id nō est necesse ut ponā. et sic cōpleta est expositio sc̄de differētie illi⁹ libat.



**I**cuntur et hore esse masculine et feminine q̄ hora p̄sia vntus: cuiusq; diei et noctis ē mascula. sc̄da feminina. tertia masculina. quarta feminina. sicutq; succedunt per ordinem. vna sc̄ feminina alia masculina. usq; in finem diei et noctis.



**Differētia tertia i his q̄ accidūt planetis septē in semet ipsis et qd accidat eis ab inuicem.**

**I**quia iā annuente deo iā peregim⁹ esse planetarū in semet ipsis: et quid significant: psequamur narrādo qd eis accidat in semet ipsis et ab inuicem id est a quibusdam erga quosdam.

**Glossa super textu et q̄ annuente deo.**




**I**quia annuente deo. **I**sta est tertia dñia huius libri in qua auctor determinat de esse planetarū in semet ipsis et de esse eoꝝ ad inuicem scilicet vni⁹ ad alterū. Et dividit in duas partes: qm̄ in prima determinat de esse eoꝝ in semet ipsis. In secunda parte de esse eoru

Differētia  
tertia.

ad inuitē. scđa est ibi. De esse aut̄ ipsorum ad inuitē. Et illa dividit in duas: qm̄ primo determinat de esse quicq; planetarū respectu luminariū. Scđa de esse eorum inter se. scđa ibi: esse aut̄. Primo determinat deesse eorum in se ipsis. Et, est sūta līre talis planete aliquā dñr ascēdentes et aliqñ dēscēdentes. et aliquā dñr aucti lumine et magnitudine: et aliquā diminuti lumine et magnitudine. Et quicq; dicuntur aucti nūero et quicq; diminuti numero. Et quicq; dñr aucti motu et quādoq; diminuti in motu. Et oēs planete propter solē dicuntur quicq; septentrionales et quādoq; meridionales: Et dñr ascēdentes et de scēdentes in septentrione et meridie. Ista sunt que accidūt planetis in semetipsis. Et ista exponit auctor p ordinē in littera dicens q; planeta qn̄q; ascēdit in circulo suo eccētrico: ita q; sit in supiori parte eccētrici sui nō distas ab auge p. 90. grad⁹ a n̄vel retro. et tūc lumē ei⁹ apparer minus et etiā apparer minor in quātitate et ei⁹ cursus est tūc tardus quantū ad motū cētri epicycli. et dicit tūc fortior. Qñ aut̄ est aliqua longitudinū media et eccētrici sui. scilicet distans ab auge p. 90. gradus p̄cise. tūc est equalis in lumine et magnitudine et cursu idest nō dicit magn⁹ neq; parvus in lumine vel magnitudine et mot⁹ cētri epicycli est equalis cū medio motu ipsi⁹. Cū h̄o fuerit extra hec loca scilicet distas ab auge plus. 90. gradib⁹ ante v̄l retro. tūc descēdit et apparer maior lumine et magnitudine et mouer cētrū epicycli. tūc velocit̄ q̄ medius motus ipsius. Et cū fuerit argumentū planete eq̄tū minus. 180. gradib⁹ scilicet qñ addit equatio argumēti sup mediū motū. tūc dicitur auctus numero. Et si argumētu equatū fuerit plus. 180. gradib⁹ scilicet qñ equatio argumēti subtrahit a medio motu. tūc dicit nūero diminut⁹. Sed in luna qñ addit equatio dicit aucta nūero qñ subtrahit dicit diminuta numero. Et qñ aliquā triū planetarū alto et mouer velocitus medio motu suo vocat auctus motu: et qñ vadit minus medio motu suo vocat motu diminutus. Eodē mō intelligit de sole et luna. Et qñ mouer tūc quātū medius motus suus. tūc dicit motu equalis. Et qñ venus vel mercurius mouer velocitus: q̄ sol dicit auctus motu qñ tardius dicit motu diminutus. Et quādo aliquis planetarum. 6. transiuerit. nodū intersectionis deferentis sui cū eclyptica q̄ nodus vocat genzahar est septentrionalis. Et est septentrionalis ascēdens idest augens latitudinē quo usq; elongatus fuerit ab intersectione p. 90. gradus. Et cū elongatus fuerit plus. 90. gradib⁹ ab intersectione est septentrionalis descendens idest minuens latitudinē quo usq; elongat⁹ fuerit ab intersectione p. 180. gradus. et tūc est intersectione opposita prima et nullū h̄z latitudinē idest a in eclyptica: et cū transiuerit illā fit eius latitudo meridiana et est meridionalis descendens quo usq; elongatus fuerit ab intersectione prima p. 270. gradus. Et cū transiuerit hunc numerū et meridionalis ascēdens quo usq; revertitur ad intersectionē primā vbi latitudo ei⁹ erit nulla. Hec est sententia littere de esse planetarū i semetipsis.

## ¶ Lextus.

 **Ignificatio** plāetarū i semetipsis ēvt sit plāeta ac scēdēs i circulo augis sue minor lumine et magnitudine atq; cursu idest cū fuerint iter ipsum et suā augē min⁹. 90. gradib⁹ aī vel retro: si autē fuerint intet ipsum et augē. 90. gradus equalis in lumine et magnitudine atq; cursu: si vero fuerit extra hec duo loca. i. plus. 90. erit descendens de circulo augis et apparebit maior lumine et magnitudine



3

4

# Alkabitij astronomi tractatus.

ac cursu v<sup>el</sup> velocior: et si fuerit portio ei<sup>us</sup> equata min<sup>us</sup>. 180. gra. erit augēo numerū. et si fuerit plus erit minuēs numerū: et si fuerit portio ei<sup>us</sup> equata ex. 180. gra. vel. 360. erit nec augēs nec minuēs: et si addatur equatio cōcta sup mediū cursum dicit augens cursum vel numerum: et si minuatur eius equatio dicit minuens numerum. Et qñ aliquis planetarum altiorum. 3. vadit plus medio cursu suo dicitur augere cursum: et si minus vadit dicit minuere cursum: et si vadit tantum dicitur cursu equalis et quādo aliquis planetarum inferiorum vadit plus medio cursu solis erit augens cursum. quando vadit minus dicitur minuens cursum: et quādo vadit tñ erit cursu equalis. Luminariū aūt cē i cursu est sicut esse triū altiorū planetarū. Sit quoq; planeta septentrionalis cū transierit genzahar suum. i. cū transierit per viam Solis tens a meridie septentrionem ille transitus. I. illa abscisio circulo: uñ dī genzahar. cū ergo planeta transierit ipsam abscisio nē et fuerit inter planetā et ipsam abscisionem minus. 90. gra. erit planeta septentrionalis ascēdēs: et cū fuerit a. 90. usq; ad. 180. erit septentrionalis descendēs: et cū transierint hunc numerū. i. cū habuerit plus tens ad. 270. erit meridianus descendens: et cum transierint hunc numerum tens ad 360. erit meridianus ascēdēs. hoc est ēē planetarum in seip̄sis.

**D**e esse planetarū. **T**extus.



**E**sse. aūt planetaꝝ ab iūcē tractem⁹. s. qđ accīdat. 5. plānetis erga lūminaria: et dicem⁹ ex h̄ qđ dīxit p̄tolo meus de almugea h̄ ē de vīsiōe iūcē faciē ad faciē. h̄ est cū fuerit iter planetā et sole: dū fuerit planeta occidētalis id est dū sequit sole tātū quātū ē iter domū illi⁹ planete et domū solis de signis: aut cū fuerit iter ipsū planetā et lunā cū fuerit orientalis a luna id est dū succedit luna tātū quātū ē iter domū planete et domū lune ex signis id est cū fuerit planeta tātū distās a sole post quātū distat dom⁹ et a domo solis: similē de luna dī: q; cū planeta successerit soli et fuerit a sole saturn⁹: sc̄ in. 6. signo: et lūpīt in. 5. mārī in. 4. ven⁹ in. 3. mercuri⁹ in. 2. tūc dī esse i almugea solis. Similē cū fuerit inter vñūquēq; planetā et lunā succeden- tē hīc numer⁹ signorū vñlūscutusq; planete dicitur esse in almugea lune.

**G**lossa super textu **D**e esse planetarū.



**E**sse autē ipsorū ab iūcē tractemus. Prīmū deter- minauit de esse plane- tarum in seip̄sis. Hīc determinat de esse eoꝝ ad iūcē. et p̄tio de esse quinq; planetarū respectu luminariū. Et diuiditur in quatuor partes secundum quatuor esse que habent planete erga sole et lunā. Prīmū est visio faciē ad faciē. Sc̄m est securitas. Ter- tiū est combustio. Quartū est orientalis et occidentalis. Prīmo ergo de terminat de visione faciē ad faciē. Secundo de securitate. Tertio de co- bustiōe. Quarto de orientalitate et occidentalitate. Prīia pars est in principio Sc̄da incipit ibi: et ex hoc ductoria. Tertia ibi: et oīs planeta. Quarta ibi et ex ḡ altioris. Sēntēlia p̄tē partis est. Qñ aliquis planeta fuerit occi- dentalis a sole sc̄ q; oriat post solis ortū et fuerint inter ipsum et solem tot alios faciē signa quot sunt inter domū illi⁹ planete et leonem qui est dom⁹ solis talis ad faciem. planeta dicitur esse in vīsione solis facie ad faciez. Verbi gratia: capricor- nus est domus saturni et est sextū signum a domo solis: sc̄licet leone cum

Igitur fuerit saturnus in sexto signo a sole computando numerum signorum a sole versus saturnum secundum ordinem signorum. Ulter enim non esset occidentaliter si non computaret hoc modo. tunc dicit ipsum videlicet facie ad faciem. Et signum sagittarii est quintum a leone. cum igit Jupiter fuerit in quinto signo a sole incepito a sole versus iouem secundum ordinem signorum dicitur videre ipsum facie ad faciem: et sic de aliis. Et quoniam aliquis planeta fuerit orientalis a luna et fuerit inter ipsius et lunam secundum ordinem signorum tot signa quae sunt ter domum ipsius planete et domum lune: scilicet cancrum tunc dicitur esse in eius visione facie ad faciem. Verbi gratia: cancer est signum sextum ab alia domo saturni: scilicet ab aquario: ideoque cum fuerit luna a saturno in sexto signo est inter eos visio facie ad faciem. Si etiam cancer est signum quintum a domo iouis: scilicet a pisces: ideoque cum fuerit luna in quinto signo a ioue secundum ordinem signorum est inter eos visio facie ad faciem: et sic de aliis suo modo poteris exemplificare.

**C**onductoria i. securitate planete. **L**ectus.



**X** hoc ductoria planete i. ut sit planeta in suo habitaculo. I. in parte sibi propria et aliquo angulorum ascendetis: et aliquod luminarum: similiter in loco sibi consimili in quadrante vide licet in aliquo angulo ita quod sit planeta in die orientalis a sole in nocte occidentalis a luna et omnis planeta dicitur esse in sua ductoria secundum quosdam cum fuerit inter planetam orientalem et solem. 60. gra. Et omnis planeta ex quo legitur a radiis solis donec apparet de subradice vocatur combustus: et dum incipit intrare radios dicitur incepisse comburi: et dum asconditur sub radiis et fuerit prope solem per 12. gra. dicitur oppressus et cum fuerit cum sole in uno gradu fuerintque inter eos 16. minuta; vel infra et latitudo eius similiter vocatur unitus: et cuius transierit eandem unitatem petens exitum donec videatur vocatur evansus. **E**t ex quo apparent tres altiores de supradictis et incipiunt orientem. I. apparente mane ante solem: hoc est cuius fuerint proximi planetes circulo hemisphaerii orientalis donec veniant ad oppositionem vocantur orientales dextri: et ex quo transierint oppositionem donec collungant iterum solem vocantur occidentales sinistri. **V**enus vero et Mercurius ex quo separatur aliquis eorum a gradibus solis in medio retrogradationis sue: et apparent donec comburant a sole in sua directione vocantur orientales: et ex quo separantur a sole in medio directionis sue donec iterum comburantur in retrogradatione sua vocantur occidentales: et cum fuerit in ortu suo. I. cum fuerit orientales vocantur dextri: et dicuntur esse mas. et occiduo suo. I. cum fuerit occidentales vocantur sinistri et dicuntur esse feminæ: et tunc sunt fortiores. **T**res vero altiores postquam exirent de subradice solis vocantur orientales et dirigi a gemitari in fortitudine usque ad 30. gra. a sole et vocantur post hoc usque ad 30. gra. altos orientales fortiores vel fortiores: et cum transierint sole 60. gra. vocantur planete orientales eûtes ad debilitatem donec veniant ad retrogradationem tunc nosiant orientales retrogradi: donec sint et veniant in oppositionem: et post hoc erunt orientales retrogradi cum transierint oppositionem: donec perueniant ad directionem: deinde a directione usque ad 60. gra. post directionem donec sit longitudine eorum a sole 30. graduum dñe occidentales fortiores: deinde a

# Alkabitij astronomi tractatus.

longitudine. 6. gra. post directionem dicunt occidentales estes ad debilitatem. Deinde fiunt occidentales debiles donec intreret sub radiis solis. **I**nferiores quoque ex quo separant a sole: et ipsi retrogradi vocantur orientales debiles: si quis esse non desistit donec veniat ad directionem suam: et tunc fiunt orientales fortes: donec longitudo eorum sit a sole sicut longitudo solis ab eis fuit dum ceperint debilitari eutes ad retrogradationem: deinde fiunt orientales debiles donec supponatur radius solis post hoc sunt coniuncti: deinde coniuncti evantes ad apparitionem donec videantur: et ex quo separantur a sole in directione usque ad 60. gradus sunt fortiores: et a 60. usque ad horam sue retrogradationis erunt occidentales fortes: et donec fuerint cum sole erunt debiles. et planeta cum exierit de subradiis solis: et nulli planetae functi fuerint dicit quod sit in lumine suo: hoc est esse planetarum cum luminaribus.

## Glossa super textu de ductoria. i. securitate planete.



### X hoc ductoria planete. Hic determinat de secō

luminaria. s. de ductoria: quod id est quod securitas. Et est sententia talis quod aliquis planeta est in suo haim et in aliis angulis ascendentis. s. in ascendentē vel in. 10. vel. 7. vel. 4. domo et aliquis

luminarium sit in aliquo angulo ab ipso planeta. ita quod sit planeta in die orientalis a sole et in nocte occidentalis a luna. hoc est ut sit in die in. 10. signo a sole. tunc enim est in angulo a sole et orientalis. vel in nocte in quarto signo a luna. tunc enim est in angulo a luna et occidentalis. tunc dicitur esse in tua ductoria. Angulus autem oppositio non habet hic locum. Ratio est quod planeta existens in opposito solis vel lune nec est orientalis nec occidentalis. Postea dicit quod omnis planeta a tempore quo abscondit sub radiis solis usque ad tempus quo incipit apparere dicitur cōbusitus. Et incipit comburi quod incipit intrare radios: et cum venierit pro tempore sole infra. 12. gradus vocatur oppressus: et cum fuerit cum sole in eodem gradu et fuerit inter eos minus semidiametro solis et cum hoc latitudo planetae fuerit minor semidiametro solis dicitur utinus vel incorporatus soli. Et cum transuerit hanc unionem dicitur esse in conualescentia donec sit liberatus a radiis solis.

**E**t ex quo apparet altiores tres. Hic determinat de orientalitate et occidentalitate planetarum. Dicit quod tres planetae superiores quoniam exirent de subradiis solis et inveniunt apparere de manu australi ortu solis quo usque veniat ad oppositum solis hoc est quod sint propinquiores circulo horizontis orientalis quam occidentalis quoniam sole in linea medie noctis. Hic vocantur orientales et dextror. Vocantur orientales eo quod auunt a se sole: et vocantur dextror eo quod sunt in dextra parte celum a sole pars ei occidentalis est dextra et orientalis sinistra. Ponatur ei quod habet vertat faciem suam versus meridiem patet quod orientis est sibi a levioribus et occidens a dextris. Et quando aliquis trium superiorum planetarum transuerit oppositionem solis dicitur occidentalis sinistror. dicitur occidentalis non quod ut in parte occidentali. certe a sole: immo huius contrarius est verum. Sed dicitur occidentalis pro tanto quia occidit post solem. Et dicitur sinistror quia est in parte orientali celum a sole que est levior secundum quod dicitur est. Venerus

planeta in suo haim.

Cōbusitus.  
Oppressus

vero et mercurii quilibet eis infra tempore quo circuit epicycli sui pertungit soli bis annavice per directionem scilicet in superiori parte epicycli. Hinc vice per retrogradationem scilicet in inferiori parte epicycli. Igis aliquid eorum separatur a punctione solis in medio retrogradationis scilicet in inferiori parte epicycli recedit a sole procul partem occidentalem certe. Et quoniam elongatus fuerit a sole tantum quod potest videri videtur de mane ante ortum solis id est vocatur orientalis dexter donec comburatur a sole id est donec tunc fugiat sol in superiori parte epicycli per directionem. Et cum separatur fuerit a sole per directionem videtur de vespere post occasum solis id est vocatur occidentalis sinistra donec iterum comburatur. Et est distans inter venere et mercuriis et tres superiores. venus enim et mercurius quoniam in recessu eorum a sole sunt in exitu de sub radibus sunt orientales et quoniam in exitu eorum de sub radibus sunt occidentales. Planete autem superiores semper cum excutio de sub radibus solis sunt orientales. Et dominum augmentari in fortitudine donec sint elongati a sole pro 30 gradus et a 30 usque ad 60 dominum fortis. Et postquam elongati fuerint a sole ultra 60 gradus dominum occidentales erunt ad debilitatem usque ad principium retrogradationis. Et a principio retrogradationis usque ad oppositionem solis dominum orientales retrogradari. Et ab oppositione usque ad directionem dominum occidentales retrogradari. Et a directione usque ad 30 gradus post directionem dominum occidentales fortes. Et a 30 gradus post directionem quo usque veniat ad 30 gradus propter sole dicuntur occidentales erunt ad debilitatem. Et postea dominum occidentales debiles quo usque cōburant. Venero et Mercurio quoniam separatur a sole per retrogradationem sunt orientales et vocantur debiles quo usque reniant ad directionem et a directione donec sint elongati a sole tantum quantum sol est elongari in principio retrogradationis dominum orientales fortes. Deinde sunt debiles orientales et quo usque opprimantur sub radibus solis et postea dicuntur uniti cum sole. Deinde cōbusti erunt ad apparitionem et ab apparitione eorum usque ad elongationem eorum a superiori parte epicycli per 60 gradus sunt occidentales fortes et ab hoc loco usque ad retrogradationem sunt occidentales erunt ad debilitatem et postea usque coniunctionem sunt occidentales debiles. Si vero non intelligeretur ista modo esse falsa cum non sit possibile eos elongari a sole usque ad 60 gradus in zodiaco. Postea dicitur quoniam aliquis planeta exit de sub radibus solis et nullum contingit corpore vel aspectu est in suo lumine proprio.

### De his que accidunt planetis ad se in vicem. Tertius.

**S**ese autem illorum erga se in vicem hoc est idem quod coniunctionio. I. cum fuerint duo planete in duabus signis aspicietibus se et fuerint levior in signo suo minus gradibus quam fuerit potenterior in signo suo: fuerintque inter eos 6 gradus. vel infra: tunc dicitur quoniam levior erat ad coniunctionem ponderosior: et cum gradus eorum fuerint equeales perficiunt coniunctionem eorum: et cum transferit eum erit ab eo separatus coniunctio hec dicitur coniunctio longitudinis. Coniunctio vero latitudinis est: ut duo planete iungantur per latitudinem. Et si fuerit applicatio coniunctionis aponetur ut latitudo eorum equalis in una parte: et si fuerit punctio ex oppositione aponetur ut sint latitudines eorum equeales: ita ut latitudo una sit ascendens in septentrione: et alterius descendens in scutellione vel unius ascendas in meridie: et alterius descendens in meridiem: aut si fuerit applicatio ex aliquo alterius aspectu:



# Alkabitij astronomi tractatus.

et hoc est q̄ sit latitudo vnius septentrionalis ascendēs: et alterius meridiana descendens: et ecōuerso in meridie: et hec est applicatio latitudinis quae dicta est. ¶ Et cū separat vnius planeta ab alio et nulli planetariū iungit ēdū i eodē signo fuerit dī cursu vacuus. ¶ Et cū fuerit planeta i aliquo signo: et aliq̄s planeta non aspererit hoc signū alter planeta ēdū in codē fuerit dī feralis vel aggressis. ¶ Et cū separat planeta leuis a planeta pōderosior: et iunctus fuerit alteri transfert naturā primi ad secundū. Et transfert etiam planeta naturā alto mō: hoc est ut planeta leuis iungaēt planete pōderosior sc. et ipse ponderosior iterū alteri se pōderosior: tūc melius transfert naturā leuioris ad ponderosiorē. ¶ Si autē nō iungit vnuis istoū alteri: et iungit vterq; alteri: tūc si aspererit ille tertius planeta aliquē locoruū circuli reddit lumē eoruū ad locū ipsum: et hoc vocat redditus luminis. Tterum si vnuis planeta nō iungit alteri: sed alter planeta tertius in utroq; transfluit lumē: tūc hec cōiunctione dicit̄ etiā redditus luminis. ¶ Sequit̄ p̄hibitio et fit duobus modis. Uno. s. ex cōiunctione hoccum fuerint tres planete in uno signo: sed in diuersis gradibus: et fuerit pōderosior plus gradibus tūc ille qui est medius p̄hibet priore illū. s. qui est minus gradibus ne iungaēt ponderosiori donec pertranseat eū. Secundo mō ut duo planete sint in uno signo: et leuior iungaēt ponderosior: alter quoq; iungaēt eidē ponderosiori per aspectū: ille ergo qui est cū eo in uno signo aspicientē p̄hibet a pōderosioris cōiunctione: si fuerint triū gradus illius qui iungit: et ipsius qui aspiciat equales. i. vnius numeri. Sivcro ille qui aspicit fuerit p̄prior gradus pōderosioris erit cōiunctione aspicientis. ¶ Et si cōiungit planeta dīo illius signi in quo fuerit: vel dīo exaltationis seu dīo ceterarū dignitatū in quibus fuerit: dicit̄ pulsare. i. mittere naturā illius planete dīi. s. eiusdē dignitatis ad eū. ¶ Et si fuerit planeta in aliqua dignitatū suarū et fuerit iunctus alijs planete q̄ habeat etiā partē dignitatis i eodē loco mittit ei etiā utrāq; naturā suā. s. et illius cui iungit: et hec missio oīs vocat alcobol. i. receptio.

¶ Glossa super textu de his que accidunt planetis ad se inuicem.



**S** se illorum erga se inuicem. ¶ P̄ius determini-  
dunt planetis in semetipsis: et de his q̄ acci-  
ditis erga luminaria. Hic determinat de his que accidit. 7. pla-  
netis ad se inuicē. Et possunt dividit in tot partes quot sunt  
modi accidentiū que accidit planetis ad inuicē. Et possunt reduci ad. 16.  
modos secundū sententiā littere q̄ sunt isti cōiunction: vacuatio:cursus : fe-  
ralitas:translatio:luminis:redditus luminis:prohibitio:pulsatio nature:  
receptio:redditus nature:refrenatio siue contrarietas : frustratio:abscisio  
luminis:venatio:destructio:obsessio:dilectio et odium. Ista exponit au-  
ctor in littera per ordinē usq; ad finē istius differēte. Sententia prime par-  
tis est talis. Coniunctio est cū fuerint duo planete in duobus signis que se  
aspiciunt aliquo aspectu: et ille qui fuerit leuior inter eos. i. velocior in mo-  
tu transuerit de suo signo pauciores gradus q̄s ponderosus. i. tardior mo-  
tu de suo signo. ita q̄ differentia ista sit. 6. gra. vel infra: et tūc dicit̄ q̄ leuior  
vadit ad cōiunctionē ponderosioris: verbi gratia: pono q̄ fol sit in ari ete

et transuerit de ipso ariete. 6. gra. et mars sit in leone et transuerit de ipso 12. gra. ista duo signa aspiciunt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in motu quam mare transiuit pauciores gradus de ariete quam mars de leone: et sunt in differentia. 6. gra. In pposito ex eplo sol vadit ad coniunctionem martis de aspectu trino. Et si sol esset in 12. gra. arietis: et mars in 12. gra. leonis: tunc esset coniunctio completa. Et sol esset ultra duodecimum gradum arietis marte existente in 12. leonis: tunc esset inter eos separatio. Et hec vocat coniunctio longitudinis. Coniunctio autem latitudinis est cum fuerint duo planetae in uno signo coniuncti corporaliter et fuerint equalis latitudinis ab ecliptica ita quod latitudo unus sit ascendens in septentrione et alterius descendens in septentrione vel unus ascens in meridie et alterius descendens in meridie. Uel si fuerit coniunctio ex aliquo aspectu et altitudo unus fuerit septentrionalis ascens: alterius meridiana ascens. Verbi gratia: pono quod luna coniungatur saturno in aliquo signo: et in aliquo gradu et minuto illius ita quod saturnus sit iuxta genitaculum suum vadens ad septentrionem in altitudinem: et sit eius latitudo 3. minuto et luna appropinquet ad caudam draconis veniens a septentrione minuens latitudinem: ita quod eius latitudo similiter sit 3. minuto et hec est coniunctio verissima quantum ad longitudinem et latitudinem. Et in hoc casu luna eclipsaret saturnum nisi diversitas aspectus lune esset tanta quod impediret. Ricet auctor dicat quoniam latitudo unius debeat esse ascens et alterius descendens: tamen vide mihi quod in coniunctione corporali in hoc casu quo contingere poterit quod latitudines amborum sint cinaquales ad eadem partem. Uolo dicere quod ambe latitudines sint septentrionales vel ambe meridionales erit coniunctio latitudinum veridica: et in aspectu oppositionis si latitudines fuerint cinaquales in diversis partibus ita quod una sit meridionalis et alia septentrionalis erit aspectus veridicus quantum ad latitudines.

**Et cum separatur unus planeta ab alio.** Hic ponitur questionem cursus. Dicit quoniam aliquis planeta fuerit coniunctus alteri corpore vel aspectu: et post separationem ab illo non coniungitur alicui alteri corpore vel aspectu quod diu fuerit in illo signo: tunc dicitur esse vacuus cursus. Verbi gratia: pono quod luna iungatur ioui corporaliter in sagittario: et post separationem eius a ioue non sit aliquis planeta in sagittario cui possit coniungi: nec radis alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursus donec exeat de sagittario et iungatur alicui corpore vel aspectu.

**Et cum fuerit planeta in aliquo signo.** Dicit quoniam aliquis planeta fuerit in aliquo signo ubi nullus alter planeta sit nec radis alicuius ille planeta quod diu fuerit in signo illo sic se habente dicitur esse ferialis: sive silvestris in similitudine hominis non habentis societatem cum aliquo.

**Et cum fuerit separatus.** Dicit quoniam planeta velocioris motus et in separando se ab eo iungatur alteri. tunc transfert naturam priorem ad secundum. Verbi gratia: pono quod luna separetur a coniunctione corporalis iouis: et antequam compleatur separatio coniungatur saturno aliquo aspectu: vel corporaliter luna transfert tunc naturam iouis ad saturnum. Sit etiam alio modo translatio scilicet quando planeta levius coniungitur ponderosiori se: et

## Alkabitij astronomi tractatus.

ille ponderosus alteri adhuc ponderosiori se tūc mediis transfert naturā leuis ad ponderosiorē. Vbi grā:pono qđ luna aspiciat iouē aliq aspectū & iupiter aspiciat saturnū. Iupiter in h̄ casu trāffert naturā lune ad saturnū

**Si autem non coniungitur.** Dicit qđ qñ duo planete iunguntur hoc modo dispositi qđ unus eorum nō iungit alteri. sed ambo iunguntur alicui tertio. tūc si ille tertius aspiciat aliquē locū ex locis circuli projicit lumen illorū duorum ad illū locū. Et si aliquis planeta fuerit in loco radiorū suorum reddit illi lumen illorū duorum. Verbi grā:pono qđ sol sit in capricorno & venus in piscibus: ita qđ nō aspiciant se. Deinde pono qđ mars sit in cancro aspiciens solē de opposito et venerē de tertio in hoc casu mars recipit lumen solis & veneris: & reddit lumen ipsorum ad loca circuli in quibus sunt radīj martis: & hoc vocatur redditus luminis. Sit etiam alio modo redditus luminis quando duo planete non aspiciunt se: sed tertius transfert lumen unius ad alterum. ita qđ separetur ab uno & iungatur alteri: et tunc idem est qđ translatio.

**Sequitur prohibitio.** Dicit qñ tres planete fuerit in uno signo sed in diuersis gradibus et ille qui fuerit tardior motu transuerit plures gradus illius signi qđ aliquis alterū duorum. tunc mediis eorum prohibet coniunctionē leuioris cū ponderoso. Vbi gratia: pono qđ saturnus sit in 12. gradu virginis: pono qđ mars sit in quanto gradu eiusdem virginis. in hoc casu mars petit coniunctionē saturni. Sed pono qđ luna sit in 8. gradu eiusdem virginis in hoc casu nō esset iudicandum qđ mars coniungeret saturno: qđ luna est in medio & prohibet ei coniunctionē. Sit etiā prohibito alio modo: ita qđ duo planete sint in uno signo & leuior iungit ponderosiori & alter planeta aspiciat eundem ponderosum & aspectū eius sit ita ppe sicut coniunctio corporalis alterius: tunc ille qđ corporaliter iungit prohibet aspicientē ne aspiciat. Et si in hoc casu unus illorum fuerit propinquior qđ alter ille qđ fuerit propinquior obtinet dicit iungi ponderosior. verbi gratia: pono qđ saturnus sit in 12. gradu virginis: & mars in 8. gra. eiusdem. Et pono qđ iupiter p̄siciat radios suos ad octauū gradū virginis in hoc casu mars prohibet aspectū iouis. Sz si iupiter p̄siceret radios suos ad nonū gradū esset iudicandum qđ iupiter aspiceret saturnū. & cū hoc prohiberet coniunctionē martis. Et si iupiter p̄siceret radios suos ad 7. gra. esset iudicandum qđ mars iungeref saturno & cū hoc prohiberet aspectum iouis.

**Et si iungitur planeta domino illius signi.** Dicit quā do alijs planetā iungit per aspectū dño illius signi in quo fuerit vel dño exaltationis vel triplicitatis vel termini vel faciei dicē mittere naturā domini illius dignitatis ad ipsum cuius fuerit dignitas. verbi gratia: pono qđ sol sit in capricorno aspiciens saturnū existentē in virgine in hoc casu sol est in domo saturni & mittit naturā ipsius saturni saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco vbi h̄z dignitatē aliquā. verbi gratia: pono qđ sit venus sua vel exaltatio &c. & aspiciat aliquē planetā ponderosiorē se & qui nullā habeat dignitatē in loco eius dicē leuis mittere suā fortitudinē ponderoso. verbi gratia: pono qđ luna sit in thauro. s. in exaltatione sua & aspiciat saturnū existentē in virgine de trino. in hoc casu luna naturā suā suā virtutē mittit ipsi saturno: licet saturnus nullā habeat dignitatē in loco lune. Sz

si saturnus habeat dignitatē in loco lune. verbi gratia: pono qđ luna sit in 24. gradū tauri in exaltatione sua & in termino & facie saturni & aspiciat saturnū mittit saturno naturā p̄p̄uā & nām saturni rōne termini & facti suū.

**E**t quādo fuerint aliqua dignitatū suarū. Dicit plaz  
spic̄t p̄dērōsiorē se & leutori h̄z dignitatē in loco in q̄ est et ille quē aspiciet etiā habet ibidē aliquā dignitatē: tunc leuis mittit ponderoso v̄trasq; na-  
turās. s. suā p̄p̄uā & illius quē aspiciet. & hec missio vocat receptio. vbi grā:  
pono qđ sol sit in arietate in exaltatiōe sua & in domo martis & aspiciat mar-  
tem aliquo aspectu in hoc casu sol mittit marti naturā suā p̄p̄uā & cum hoc  
naturā martis rōne domus sue. & mars recipit sole a domo sua. Et si con-  
tingat qđ inferior sit in dignitate superioris. & econtra superior in dignita-  
te inferioris illa est melior receptio q̄ esse pōt. verbi grā: pono qđ sit sol in  
ariete in domo martis & mars in leone in domo solis & sol aspiciat martē  
aspectu tertio talis receptio erit integra et perfecta.

### Textus.

**N**ec sequit redditus. i. qñ iungit planeta alīcui planete qui  
cōburis. i. qui fuerit sub radīs solis vel fuerit retrogra-  
dus redditq; ei virtutem ppter debilitatē suā quā nō valet re-  
tinere: tūc si fuerint vtricq; planete in angulo vel succendentib⁹  
angulorū erit redditus cū pficuo: similiter si fuerit qui contun-  
gitur. ei tantū in angulo: & ille cui cōiungit receperit eū. Si autē fuerit pla-  
netā qui iungit cadens ab angulo: & ille cui coniungit in angulo vel in se-  
quenti angulorū: aut si vtricq; fuerint cadentes erit redditus cū detrimēto.

### Glossa super textu nunc sequitur redditus.

**N**ec sequitur redditus. Dicit qñ īsc̄tor planeta  
aspicit superiorē: et ille quē  
aspicit est cōbuslus sub radīs: vel retrogradus. in hoc casu su-  
perior reddit īsc̄tori virtutē quā sibi misit. qđ ppter debilita-  
tē suā nō pōt retinere eā. Et si in tali casu vteriq; fuerint in an-  
gulo vel in succedenti. tūc reddit⁹ fit cū pficuo. Et si īsc̄tor fuerit in an-  
gulo & superior nō ita tñ qđ superior recipiat īsc̄torē talis reddit⁹ etiā fit cū  
pficuo. Et si īsc̄tor fuerit cadens ab angulo & superior in angulo fit red-  
ditus cū pficuo. Et si ambo fuerint cadentes redditus fit cū detimento.  
verbi gratia: pono qđ luna sit in thāuro & aspiciat mercuriū existētē in ca-  
pricorno cōbuslū in hoc casu luna mittit mercurio naturā suā. S; qđ mer-  
curi⁹ est cōbusl⁹ nō pōt retinere naturā sibi missam: iō reddit lumē illud qđ  
recipit ab ea & si in hoc casu abo fuerint in angulis reddit⁹ est pficuus &c.

### Textus.

**A**nde sequitur almenē. i. refrenatio q̄ sit qñ planeta vult con-  
iungi alteri: sed aīcōs iungat accidit retrogradatio et  
sic destruit ei⁹ cōiunctio. Hāc sequit alīchorad. i. quietas ac  
cidēs: h̄ fit cū alīq; planeta leuis fuerit mīsto:ū gduū i signo  
g li

# Alkabitij astronomi tractatus.

alter illo ponderosior minus gradib⁹ tertius quoq; leutor; pmo volens cōfungi ponderosior; sed anteq; ei cōiungat sit retrogradus ille leutor qui habet plures gradus ⁊ iungit ⁊ applicat illi pōderoso ⁊ trāsiens illū fūgitur et alteri planete leutor; sic destruit pīunctio illius pōris cū pōderoso.

**Glossa super textu** Inde sequitur.



**D**icit quādo planeta s̄ de sequitur almenem. ferior vult cōiungi superioris: sed anteq; cōpleatur cōiunctio inferiori sit retrogradus hoc vocat refrenatio. verbi grā: pono q̄ saturn⁹ sit in. 12. gradū virginitatis: ⁊ venus in principio virginis vadēs ad pīunctionē saturni. Sed cū pīuentrit ven⁹ ad. 8. gradū vel nonū. s. anteq; cōiungat saturnum icipit retrocedere: in tali casu refrenat ven⁹ ne pīugat saturno: ⁊ idē intellige de aspectu si iret ad aspectū: s; anteq; aspectus pīleret inciperet retrocedere.

**Glossa.**

**H**anc sequitur alchorad id est contrarietas.

**D**icit q̄ contrarietas est qñ tres planete fuerint in uno signo quoq; un⁹ sit ponderosus: ⁊ ali⁹ duo leues: et unus duorum leuum transiuerit ponderosum ⁊ alter petat pīunctionē pōderosi. sed anteq; cōiungat ponderoso: ille q̄ transiuerit ponderosu; sit retrogradus: ⁊ pīungi pōderoso per retrogradationē: ⁊ obuiat alteri leui: tūc retrogradus destruit pīunctionem illi⁹ cui obutat cū ponderoso. Verbi grā: pono qđ sit saturnus in. 8. gradu virginis: ⁊ mars sit in. 12. gradu eiusdem ⁊ iupiter sit in principio virginis petēs cōiunctionē saturni: sed anteq; cōiungat sibi: mars incipiat retrogradari ⁊ pīungi saturno p̄ retrogradationē ⁊ obuiet tout in h̄ casu mars destruit cōiunctionē iouis cū saturno.

**Textus.**



**E**quitur alfažim. i. frustratio. hec quoq; fit cū aliquis planeta petit cōiunctionē alterius planete sed anteq; perueniat ad eum mutatur iste in aliud signu; ⁊ erit aliquis planeta in paucis gradibus aspiciēs ī pīm signū ⁊ erunt radis ei⁹ in initio signi. Cūq; extiterit sequēs planeta de primo signo fūgit isti aspiciēti et annullat pīunctio quā habebat cū illo. s. cū pmo.

**Glossa super textu** Sequitur alphazim.



**E**quitur alphazim id est frustratio. q̄ frustratio est qñ planeta leuis petit pīunctionē pōderosi. sed anteq; cōpleat cōiunctio ponderosus intrat aliud signu; sint radis alicuius alterius planete in principio illius signi. tunc quādo leuts volēs confungi pōderoso intrat illud signū confungi radis illi⁹ planete ibi aspicientis: ⁊ sic annullat cōiunctio prima. verbi gratia: pono q̄ saturnus sit in. 29. gradu leonis ⁊ mars sit in. 24. gradu eiusdem pe-

tens cōunctionē saturni. Sed aīc̄s iungat mare saturno: saturnus intret p̄ḡnē: et pono qđ iupiter aspiciat p̄mū gradū p̄ḡnis. In h̄ casti mare exiēs de leone cōiungit radijs iouis: et sic annullat cōiunctio martis et saturni.

## Textus.

**I**nc qđ sequit abscisio luminis hoc ē qñ altq̄s planeta petit cōiunctionē alterius et fuerit in secundo signo a signo illius cui iungit alter planeta: sed aīc̄s iungat et prius sit ille qui est in secundo signo retrogradus cōiungiturq; et et abscindit lumen suū a planeta qui volebat cōiungi et. similiter si fuerit planeta iens ad cōiunctionē alterius planete: et ipse alter planeta cui vult iungi petat cōiunctionē alterius planete se ponderosioris: sed aīc̄s p̄ueniat leuis ad gradus p̄derosioris iungit ipse ponderosus alteri seipso ponderosior et abscindit lumen illius a planeta primo leui.

## Glossa super textu h̄inc quoq; sequit abscisio luminis.

**I**nc quoq; sequitur abscisio luminis. Dicit qđ abscisio luminis est qñ altquis planeta leuis petit cōiunctionē p̄derosi. et in secundo signo a signo ponderosii fit alter planeta. sed aīc̄s leuis iungat p̄deroso. ille qui est in scđo signo fit retrogradus et iungit ponderoso. in tali casu retrogradus abscindit lumen ponderosii a planeta q̄ volebat ei iungi. Et est quasi idē qđ cōtrarietas sed differt in hoc qđ in cōtrarietate planeta retrogradus nō solū iungit ponderoso sed etiā iungi leui q̄ volebat iungi p̄deroso p̄ obusationē. et p̄t exēplificari sicut ibi fuit dictū. Sit etiā alto mō abscisio luminis. sc̄. qñ planeta leuis petit cōiunctionē ponderosii et ille ponderosus petit cōiunctionē alteri p̄derosioris et iungit et aīc̄s leuis iungat p̄mo p̄deroso. H̄bi ḡra: pono qđ mare petat cōiunctionē iouis et iupiter patet cōiunctionē saturni et aīc̄s mars iungat ioui iupiter iungat saturno: in tali casu saturnus abscindit lumen iouis a marte.

## De locis fortunatis et malis.

## Textus.

**A**nt quoq; h̄is planetis loca in quib⁹ cōfortant et in quibus debilitant: et loca in quibus fiunt fortune: et loca in quibus fiunt mali. Sed loca in quibus fiunt fortune sunt h̄ic: vt. s. sint in aspectibus bonorū. i. in aliquo aspectu utili. s. sextili: aut in trino aspectu qđ a quibusdā ita nominat exponit radiatio quoq; ac trigona: vt sint mali cadētes ab eis sint separati ab infortuna et tūcti fortune: aut sint obsessi a fortunis vel radijs eoru. i. vt sint iter duas fortunas vel inter radios fortunarū. Il̄ec est em̄ obsessio vt habeat planeta fortunā vel radios eius aī se et aliā fortunam: vel eius radios post se. Et quidā vocant hoc altifert. i. veneratio: aut sint vnlti cū sole in uno gradu aut sint in aspectu et⁹ sextili: siue trino: vel cōsimili aspectu lune et luna tūc sit fortunata: et vt cursu sint veloces aucti lumine et numero: aut sint indignationib⁹ suis vel in suo bālm. i. in sua similitudine vt sit videlicet planeta masculinus in signo masculino et feminin⁹ in signo feminino et diurn⁹

# Alkabitij astronomi tractatus.

in die sup terrā et in nocte sub terra. nocturn⁹ in nocte sup terrā et in die sub terra et reliqua et ut sint in signis in quib⁹ habuerint dignitates seu potestas suas: vel gaudij solis vel in gradib⁹ lucidis recepti: et ex fortitudine eorum est ut sint ascendentes in septentrione: aut sint septentrionales: vel sint ascendentes in circulo augis sue: aut in statione secunda: hoc est quod fuerint in statione ubi dirigant a retrogradatione: aut sint exequentes de sub radibus solis aut sint in angulo: vel in sequenti eius aut sibi tres altiores orientales a sole quod si eū aspergerint sextili: aut trino aspectu: erit illis hoc augmentum fortitudine: aut fuerint in quartis masculinis et sol cum fuerit in illis quartis masculinis: aut in signis masculinis erit fortis etiam nisi sit in libra: qui ibi cadit. Et ex fortitudine trisi inferiorum est ut sint occidentales a sole: aut in quartis femininis et ex fortitudine lune: ut sit in nocte sup terrā et in die sub terra in loco seminino: vel in signo feminino: et cum fuerit in exaltatione solis.

## Glossa super textu de locis fortunatis et malis.



tamen postq̄ inter eum et solez in occidente fuerint. 15. gradus quo usq; sit  
orientalis. et inter eos sint nouem gradus. Mercurius tamen facit facta  
sua et dat dona sua completa quandiu fuerit directus: dummodo non sit  
appropinquatus soli ad minus de septem gradibus et a septem gradibus  
visq; ad. 5. dat non tamen complete. Sed a principio septem graduum do-  
nec transeat solem per quinq; gradus perdit suum datum totum et a quinq;  
gradibus usq; ad complementum septem graduum dat modicum: ve-  
rum postq̄ transiuit. 7. gradus dat suum datum completum. et hoc idem  
facit venus excepto q̄ quando apparet visibiliter ad minus horū quin-  
q; graduum dat tunc datum suum completum. Luna tamen quando ap-  
plicat soli eundo ad eū et fuerint inter eos. 15. gradus debilitatur eius fa-  
ctum et dat modicam rem: scilicet dies vel qd̄ huic assimilatur. Et quan-  
do applicuerit soli ad. 12. gradus perdit totum eius datum donec transi-  
uerit gradum solis per. 10. gradus et tunc dat modicum datum dico: scilicet  
vel qd̄ ei assimilatur quo usq; transuerit solez per. 12. gradus. et tunc dabit  
totum eius datum completum. Casus autem planete qui est contrarius  
exaltationi aufert medium dati. et terminus huius casus et ita sol cum fue-  
rit in quinto gradu libre quo usq; transeat. 25. gradus eiusdem est in casu  
suo. residuum signi iudicabitur sicut detrimentum. Saturnus est in suo ca-  
su a principio duodecim gradus arietis donec transeat. 26. gradum eius-  
dem: et residuum signi pro detimento iudicabitur. Jupiter est in suo casu  
a quarto gradu capricorni usq; ad complementum. 20. gradum. et residuum  
signi iudicabitur sicut detrimentum. Mars est in suo casu a principio. 19.  
gradus cancri usq; ad finem ipsius cācri. et in principio ipsius signi iudica-  
tur sicut detrimentum. Et venus est in suo casu postq; transiuit terminū Iou-  
nis usq; ad. 21. gradum virginis. Istud de venere qd̄ dicit non potest sta-  
re nisi intelligas finis terminos ptolemei. Finis enim terminos illos. 14. gra-  
dus virginis est finis termini ioui. Scđ vero terminos positos in alcha-  
bitio non est ita. ibi enim terminus ioui finitur in. 21. gradu virginis. Vel  
igitur littera haly est corrupta. vel non potest dictus suum intelligi nisi finis  
terminos ptolemei. Et mercurius est in suo casu a principio. 8. gradus pi-  
scium usq; ad complementum. 19. graduum ipsius: et in residuo eiusdem  
signi iudicatur tanq; si esset in detimento suo. Retrogradatio trium su-  
periiorum planetarum a principio sue retrogradationis usq; oppositionē  
solis. i. usq; ad medium retrogradationis aufert medietatem dati et alia

medietas remanet. et quando transuerit oppositionem solis aspice quot gradus et minuta sibi retrogradando ab oppositione solis et quot fuerint aspice quam partem proportionalem habent ad omnes gradus quos habet retrogradari ab oppositione usq; ad directionem et tantum addas medietati dati et dirigas gradus illos recte cum suis minutis tali modo qd quam do planeta fuerit in principio directionis sue dabit recte suum datum compleatum. Pono in hoc exemplum: pono qd mars fuerit alcochoden et fuerit datum suum totum. 60. anni secundum proportionem plus factam inter annum succedentem et ponatur qd sit ipse retrogradus inter medium retrogradationis amissit ergo in medio retrogradationis fuerit ante medium retrogradationis medietatem horum annorum remanserunt. 30. anni: et pono qd ierit ultra medium retrogradationis sue. i.e. oppositionem solis retrogradando per duos gradus: et pono qd ab oppositione usq; ad directionem debeat ire retrogradando per. 10. gradus multiplicabo igitur duos gradus per medietatem dati qd amissit. scilicet per. 30. annos et prouenient. 60. que 60. diuidam per. 10. et exhibunt. 6. annos quos annos addam medietati dati scilicet. 30. annos et prouenient. 36. anni. hoc esset datum martis in casu posito. Tamen venus et mercurius postq; quilibet eorum incepit retrogradari perdit medietatem dati eius qd dat quando est directus. et postmodum alpice quot gradus et minuta sibi remanent usq; ad occultationem suam recte qd plus poteris: quia venus forte apparebit existendo inter eam et sole minus. 5. gradibus. Et quando fuerit apparens dabit medium datum nisi apparuit existendo inter eam et sole minus. 5. gradibus. qd tunc non prodest illi apparitio illa in hoc statu. Postmodum dirigas illos gradus et minuta postq; retrogradari incepit quo usq; occultauerit se subtiliter et recte diuidas per hoc medium dati qd remansit in modo predicto: qd quando occultatur totum perdit eius datum sicut predicimus qd nihil remaneat ei. Et potest exemplificari ad similitudinem exempli dati in retrogradatione trium superiorum. Dicit haly qd Iupiter et venus quando coniuncti fuerint corporaliter vel qd aspiciunt alcochoden de tertio vel sexto addunt numero annorum quos dedit alcochoden secundum numerum annorum suorum minorum annos vel menses vel dies vel horas luxa virtutes vel debilitates eorum et tamen ambe in fortunam saturnus et mars quando iunguntur corporaliter cum alcochoden vel ipsum aspiciunt de opposito vel quarto minuant et numerum annorum suorum minorum. Sed quando mercurius fuerit cum fortunis addentibus alcochoden addit ipse similiter numerum annorum suorum minorum: et quando fuerit cum infortunis minuentibus alcochoden minuit etiam partem suam et quando mars et saturnus aspicerint de tertio a signis bieunum ascensionis aut de sextili longarum ascensionum minuant. Et dico qd sol in qua et oppositione minuit numerum annorum suorum minorum: et addit de tertio et sextili. Multe ex astrologis antiquis et modernis dicunt qd luna fortunata addit de tertio vel sextili et omnes sapientes huius scientie confitent qd quando natus non haberit hylech et haberet aliquam duarum fortunarum in ascidente vel medio celi possibile est qd vnuet secundum quantitatem annorum minorum illius fortune que vitam significavit nisi gradus ascendens et luna fuerint infortunati vel fuerit eadem fortuna domina dominus mortis: quia tunc significat modicam durabilitatem et vitam.

# Alkabitij astronomi tractatus.

## Textus.



**Almutem est** qui preest natiuitati: ab eo significatur esse nati post hylech & alcochode: & ipse planetis ceteris est pluris auctoutatis in ascendentc et in locis luminalium atqz in loco partis fortunae in loco quoqz coniunctionis vel piciuationis que est an natiuitate. **Quod si** piefuerit alijs planeta duobz locis aut tribz aut quatuor aut pluribz pre multitudine partis sue erit ipse almutem i. auctor & signor vite post hylech & alcochoden & per eum significat esse nati: & quidam habet eum p alcochode ad dandum vitam.

## Glossa super textu Almutem est.



**Almutem vero qui preest natiuitati.** **Hac au-**  
**cet docet** eligere almutem i. planetam dominatorem in figura a quo accipitur esse nati post hylech & alcochode. Sententia littere est ista. planeta habens manus dominum sive plures fortitudines in s. locis predictis a quibus accipi est hylech que sunt loci solis locus lune locus coniunctionis vel piciuationis pars fortunae gradus ascendens: ille planeta est almutem i. vincens. Et si aliquis habuerit dignitates in secundavel tertia vel pluribus locis ex locis predictis ille est almutem. Verbi gra-  
pono qz unus planeta sit dominus ascendentis & dominus termini eiusdem ascenden-  
tis: & cum hoc dominus facies eiusdem. talis planeta haberet in ascendentc. 8. forti-  
tudines & ponoz qz alter planeta sit dominus exaltationis ascendentis & dominus do-  
mus loci solis & dominus triplicitatis partis fortunae: talis planeta esset dignio:  
almutem qz pumus: quia habet plures fortitudines in locis predictis. Et  
ut abbrevietur sermo colligende sunt fortitudines cuiuslibet in s. locis pre-  
dictis: et ille eorum qui abundaverit in numero fortitudinē ille erit almutem.

## De profectione signorum.

## Textus.



**E**x hoc signū pfectonis in anni natiuitati atqz misit. **N**ā in anni natiuitati scientia est: vt aspicias  
quot anni transierunt nato ex annis solaribus perfectis: aspi-  
ciebas omni anno signū vni & incipes ab ascendentē nati per  
successionē signorum quo usqz finitus fuerit numerus. signū qd  
succedit est signū pfectonis ab ascendentē signū videlicet anni intrantis  
quē nō misisti in numero hoc erit in tali gradu sicut fuit in ascendentē na-  
tiuitatis: & dominus eiusdem dicti alcochode cuius interpretatio est dominus anni. Si-  
militer numerabis a signo solis vnicuius anno signū eius: & exhibet per hoc  
signū pfectonis a sole. Similiter a signo lune & a medio celi: & a parte for-  
tunae in similitudinē gradū radicie. i. puncti natiuitatis. Cuius rei exemplar  
est qz quidam natus est oriente capricorno. i. 17. gra. eius. & sol erat in pisces  
15. gra. & medius celi scorpionis. 8. gra. & luna in libra. 15. gra. & pars fortunae  
in leone. 17. gra. & tā transierunt nato tres anni pfecti quenamqz virtus an-  
nus ab ascendentē in arietē qz est quartā a capricorno usqz ad 17. gra. eiusdem  
arietis. & erit mars alcochode: puenit locus solis ad geminos usqz ad 15.  
gra. eiusdem signi: & puenit luna ad capricornū ad 15. gra. & pfectū a medio

cell ad octauū gradū aqrlī. et pfectus a pte fortune puenit vscō ad. 17. gra.  
ibidem. Cūqz puenit annus ad gradū pfectiōis: vt ad. 17. gra. arietis in  
hoc exēplo: et fuit inter ipsum et similē gradū succendentis signi ad quē dī p  
uenire annus sequens in eadē domo planeta vel radij cī: et si volueris sci  
re qn̄ puenit pfectio ad ipsum planetā vel ad radios et̄ aspīcies qd sit  
inter gradū ad quē puenet annus et̄ planetā vel radios ex gradibus et̄ mi  
nutis: et̄ multiplicabī illud p. 12. et̄ sextā illius numeri quē multiplicas ut  
in. 12. gra. et̄ 6. vnius gra. et̄ quot puenerint erūt dies ex anno illo in quo  
fueris in quibus puenit pfectio a gradu in quo incipit vscō ad gradū ad  
quē numerasti post fiet pfectio ipsius planete. ¶ Profectio aut̄ ex annis  
mundi dixit alchindus est qd fuerit inter annū cōunctionis q̄ significauit  
sarracenoꝝ sectā et̄ inter annū alhegerat in quo cepit pmū pdicare macho  
metus q̄ fuit primus annoū arabū. 52. anni solares. et̄ 57. dies: et̄ fuit ascē  
dē anni illius cōunctionis pdicte secte signū geminorū: et̄ puenit pfectio  
eiusdē anni ad vīrginē: et̄ inter ipm pmū annoū arabū: et̄ pmū annorum  
tezdagird regis persarū fuerūt. 362. 4. dies. s. pfecti. Cū ergo volueris ha  
bere noticiā hūt̄ rei accipe annos tezdagird et̄ verte eos in dies sicut iam  
expositū est in azig in libro cursū planetarū: et̄ adde desup dies q̄ sunt in  
ter pmū annoū arabū et̄ tezdagird: et̄ dñuide hoc p. 365. dies et̄ quartā pte  
dier: et̄ quot diuisiōes exierint tot erūt anni solares: et̄ qd remāserit ex mēsi  
bus et̄ dñebus erit ex āno imperfecto: qd cū ita collectū fuerit ex annis ipsi  
sunt anni solares ab initio ānoū arabū: pīsce ergo omni anno signū vñū  
et̄ incipe a vīrgine: ct̄ ad qdcūqz signū te pdixerit numerus ipm erit signū  
ad qd puenit annus mundi ab ascēsione cōunctionis pdicte secte. ¶ Illis  
aut̄ extra alchindū visum est: vt adderēt sup annos tezdagird pfectos. 61.  
annos. et̄ 11. menseos. et̄ 12. dices. et̄ 16. horas: ex annis persidū q̄ sunt sine fra  
ctione. i. sine qua arta dicitur: et̄ extenderent hos annos in dies ac veterēt dies  
in annos solares sicut pdixim̄: et̄ inciperent pīscere ab initio libri: q̄ si vo  
lueris pfectionē a signo cōunctionis secte sit plectio a scorpione: si pōvo  
lueris pfectionē ab ascēdente regni minue ex annis tezdagird ānos illos  
317. persidos et̄ verte eos in annos solares sicut pdixim̄: et̄ incipe pīscere a  
vīrgine. ¶ Vrbus si volueris pfectionē ab ascēsione pfectiōis mutationis  
cōunctionis a triplicitate aquatica ad triplicitatē igneā minue ex an  
nis tezdagird pfectis. 176. annos et̄ verte illos q̄ remanēt in annos solares  
et̄ incipe pīscere a leone: et̄ quo puenit numer⁹ in eodē signo erit pfectus  
vniuersiūqz initi⁹ eoū q̄ diximus.

¶ Glossa super tertiu de pfectione signorum.



**T**er B. pfectio in ānis nativitatū atqz mū.

¶ In hoc capitulo docet opus pfectiōis. i. mutationis an  
norū devno signo ad aliud: et̄ hoc duplī. Primo in annis na  
tivitatū. Secundo in annis magnarū cōunctionū. Opus in  
annis nativitatū est facile. et̄ est sententia lfe talis. cū volueris scire ad qd si  
gnū applicat annus nativitatis alicui⁹: vide qd āni pfecti trāsierint nato  
et̄ icipies a gradu ascēdēte nativitatis: et̄ dab̄s cuilibz ānovnū signū et̄ vbi  
fuerit numer⁹ ibi erit signū pfectiōis ab ascēdēte. vbi gra: ascēdens  
h̄ iiiij

# Al kabitij astronomi tractatus.

aliculus nativitatis fuit. 10. gra. arietis in fine profectio ad 10. gradu tauri. In fine secundi anni ad. 10. gradu geminorum. et sic secundum huc ordinem dabo cuiuslibet anno signum unum usq; ad completem. 12. annorum: tunc enim scilicet in fine. 12. annorum reuertitur ad locum radicis. Si autem multi anni transierint nato subtrahere a toto numero anno profectio qui transierunt nato. 12. quottens poteris. i. diuide per. 12. et numeru*m* qui remanet infra. 12. proice ab ascendentे nativitatis fini modu*m* prius dicti. Eversiblis gra: ascendens cuiusdam nativitatis fuit. 13. gra. virginis et transierunt nato 32. anni solares completi subtrahantur a. 32. annis. 12. bis et remanet. 8. anni completi: dabo ergo. i. annu*m* virgini. secundum librae. tertium scorponi. quartum sagittario. quintum capricorni. sextum aquario. septimum pisces. octauum arietis: venter ergo profectio ad signum quod succedit immediate. scilicet ad taurum ad cosimile gradum gradui radicis. scilicet ad. 13. eiusdem. Sicut dixi de gradu ascendente ita faciendum est de gradu solis: et gradu lune: et gradu partis fortunae: et ubi applicuerit annus dominus illius signi est dispositio illius anni. Et ab illo accipiuntur facta de quibus natus se intromitteret illo anno et fortuna et ifortuna que accident sibi illo anno. Auctor ponit exempla in littera: ideo non est necesse multum insistere exemplis. Neinde dicit auctor cu*m* profectio anni perueniet ad aliquem gradum aliculus signi et fuerit aliquis planeta vel radix alicuius planete post ipsius gra. In eodem signo vel in eadem domo in figura et volueris scire quando perueniet profectio ad ipsum planetam vel radios eius: vide quot gradus et minuta sint inter grad. ad quem puenit annus et ipsum planetam vel radios eius et multiplicia illos p. 2. et sextavnius. hoc est dicere dabis cuiuslibet gradui. 12. dies et sexta parte vni et perueniet tibi dies qui sunt a principio illius anni usq; ad tempus in quo profectio pueniet ad planetam vel eius radios. Ratio autem quare cuiuslibet gradui datur. 12. dies. et 6. vnius est. quod hoc modo in fine anni completur unum signum. Si enim multiplicaueris. 30. gradus p. 12. et sexta vnius perueniet 365. dies qui sunt dies vnius anni. Dicit ptolomeus in propositio. 236. quarte partis quadripartiti sui. et sciens dispositionem facti anno*m* accipiendo numeru*m* anno*m* nativitatis: et proficiens eos a quolibet loco*m* hylegio rū secundum ordinationem signorum vnicutus signo annum et accipiemus de dispositore signo in quo applicat numerus gradu*m*. Idem haly in commendo dicit quod in hoc dicto vult narrare ptolomeus quodlibet signum disponit in anno uno. et sic ibi signi revolutione in quo est significator quibuslibet. 12. annis una vice usq; ad finem vite. et hoc sciunt omnes astrologi.

**Profectio autem ex annis mundi.** Hic docet opus profectio in annis mundi. Sententia littere est talis. Cum volueris scire applicationes anno*m* alicuius secte vide quot transierint anni solares completi a principio illius anni in quo fuit magna coniunctio que significavit illam sectam: et diuide illum numeru*m* annorum per. 12. et numeru*m* qui remanserit intra. 12. proice ab ascendentе illius anni in quo fuit coniunctio et ubi applicuerit numerus tibi est signum profectionis. Auctor ponit exemplum in littera de secta sarracenos. i. machometi: et dicit quod inter annu*m* coniunctionis que significavit legem illam et annu*m* apparitionis machometi. s. in quo incepit predicare fuerunt. 61 anni. Hilla littera h. 52. anni. Ego credo quod debent esse. 52. anni: et 57. dies

altoquin nō cōcordabit cū illo qđ dicit postea z ascēdens anni in quo fuit illa cōiunctio fuit signū geminoꝝ z puenit ille annus in quo incepit p̄dicare ad signū virginis: sc̄z ad signū illius planete q̄ fuit dñs signi ascēdētis anni cōiunctiōis. Si enim subtrahātur a.51.12. quotiens poterit remanet 3. dēcēt ergo signo geminoꝝ p̄imus. sc̄d̄s cācro. tertius leoni. z sic ānus incopletus q̄ fuit positus in numero peruenit ad signū virginis. Hō est nobis magna cura quot āni fuerūt ab āno illius cōiunctiōis usq; ad p̄mū annūz arabū. Sufficiat em̄ nobis scire q̄ annus ille, in quo incepit āni arabū puenit ad virginē: q̄ annī arabū sunt nobis non ex tabulis extractioniōis eāꝝ z poterim̄ incepte a virginē p̄z q̄ dicit auctor in līra. Et q̄ tpe auctor ip̄t operabātur i p̄tibꝫ suis p̄ ānos p̄sarū: iō applicat dictū suū ad ānos p̄sarū z dicit cū volueris h̄re nocticīā huiꝫ rei. I. scire ad qđ signū applicat annus ex āno cōiunctionis que significauit sectā sarracenoꝝ vīde quot āni p̄sarū trāsierūt z verte illos in dies p̄ tabula extractionis earū deseruētē annis p̄sarū. aut qđ multiplicētur anni p.365. tot em̄ dies cōtinet ānus p̄sicū q̄ annī p̄sicī nō habēt q̄rtā dīel z numerū dīerū q̄ puenit tibi addē. 3624. dies. tot em̄ dies fuerūt a principio annoꝝ arabū usq; ad principiū annoꝝ p̄sarū z qđ collectū fuerit diuide p.395. z quartā vnius: z puenit annī solares: si qđ residuū fuerit erūt dies anni imperfecti. Et potes etiā numerū dīerū reducere ad ānos solares p̄ tabulas extractionis earū deseruētē annī solariibꝫ. Tora intētio auctoris stat in hoc qđ sciamus quot āni solares p̄fecti transierūt ab initio ānorū arabū usq; ad tēpus cōsiderationis z damus cuiusbet āno vnuꝫ signum fm̄ modū prius dictū: z incipiemus a virginē: z ego ponā exēplū applicādo ad computationes nostras fm̄ annos dñi nři tesi christi. Cum volueris scire ad qđ signū applicat annus cōiunctionis que significauit legem sarracenoꝝ. subtrahē ab annis xp̄i. 621. annos: z. 6. mēses. z. 14. dies tot em̄ anni fuerūt a principio ānoꝝ christi usq; ad principiū annoꝝ arabū z numerū ānoꝝ perfectiorū qui remanserit diuide p.12. z illud qđ remanet p̄iice a virginē dando cuiusbet anno signum vnuꝫ fm̄ modū prius dictum z remanet annus imperfectus sequēs annos p̄fectos quos diuisisti manet in virginē. Verbi gratia: anni xp̄i sunt modo 1330. cōplēti. z. 22. dies ab illis subtrahā. 621. annos. 6. mēses. 14. dies remanet. 708. anni solares perfecti. 6. mēses. z. 8. dies. Illius sunt anni qui trāsierunt a principio annoꝝ arabū usq; modo quos annos p̄fectos diuidā p̄. 12. z totus numerus surgit ita q̄ nō remanet aliquis ānus p̄fect⁹. Dico ergo q̄ p̄fectio āni cōiunctiōis magne que significauit sectā sarracenoꝝ modo est in virginē fm̄ sūmam auctoris. Sicut exēplificatiū est de sectā sarracenoꝝ ita p̄t fieri in alijs sectis si debeat dici secte si sciatur cōiunctio significās illam sectam z ascēdēs anni cōiunctiōis. Sed de hac materia nō expedit multuz loqui. est em̄ res que nō cōcordat cū fide nostra: sed si quis delectat in his z voluerit reducere mutatiōes que fuit in legibꝫ ad motus superioꝝ corporū legat libros de magnis cōiunctiōibus z ibi iuehinet. Deinde dicit si volueris p̄fectionē a signo cōiunctiōis que significauit predictā sectā p̄iice ānos predictos a scorpiōe: q̄i cōiunctio illa fm̄ eum fuit in scorpione. Si vero volueris p̄fectionē ab ascēdēte regni vīde quot anni solares trāsierūt a principio illius regni. Ipse exēplificat devno regno sed nescio de quo regno loquit̄ z nō curio q̄i sine exēplo suo p̄t intelligi līra.

# Alkabitij astronomi tractatus.

Sicut autem de ascēdēte regni ita de stellī & ascēdēte fūdatiōis alīcūtū et  
uitatē vñ castri vñ ēt culuscūq; edificiū. ita q; accipiat āni solares pfecti q; trā-  
sierūt a p̄ncipio fūdatiōis illi⁹ ⁊ p̄ficiāt ab ascēdēte p̄ncipi⁹ fundatiōis þz  
modū anī dictū. Deinde dicit si volueris pfectiōes ab ascēdēte mutatiōis plū  
ctiōis. Tousq; saturni dū triplicitate aquatica ad triplicitatē igneā subtrahē  
ab ānis p̄sarū. 176. ānos p̄sicos ⁊ cōuerte illos q; remanēt ī ānos solares ⁊  
proiice a leone vult dicere q; cōjunctionis tūria ⁊ saturni in p̄ncipio ānois  
persarū fuit i triplicitate aquatica ⁊ post p̄ncipiū ānois p̄sarū p̄ quos ipsi  
cōputabant p. 176. ānos mutauit se cōjunctionis ad triplicitates igneas iō  
lubet subtrahere ab ānis persarū. 176. ānos ⁊ remanēt āni q; trāsierunt ab  
āno mutatiōis cōunctionis ad triplicitatē igneā ⁊ iubet eos ānos q; re-  
manent p̄tere ī ānos solares q; p̄sici nō habent bisestū: ⁊ āni solares ha-  
bent pfectio aut̄ fit þm annos solares: ⁊ iubet p̄scere a leone: q; þm ip̄su⁹  
leo fuit ascendēs in ānos mutatiōis cōunctionis ad triplicitatē igneā.  
ex quo videt q; auctor iste fuit ⁊ cōposuit hunc libū in tēpore quo coniun-

Hūc anno. 1520. est in triplicitate aquea. Hūc aut̄ hec cōunctionis est i triplicitate aquea  
ideo ponā exēplum de triplicitate in qua nos sum⁹. Cū volueris scire pro-  
fectionē ab āno mutatiōis p̄unctionis tūris ⁊ saturni ad triplicitatē aereā  
aquea.

subtrahē ab ānis xp̄i. 1324. annos. 7. 71. dies. 7. 20. horas. tantū em̄ tēpus  
trāsivit a p̄ncipio ānois xp̄i vñlos ad p̄ncipiū ānois mutatiōis cōunctionis  
ad triplicitatē in qua nos sum⁹: ⁊ residuū proiice a. 13. gradu tauri. Ile  
cm̄ fuit ascendēs anni supradicti: ⁊ vbi perduxerit te numer⁹ ibi erit pfectio  
āni. Aerbi gratia: āni xp̄i sunt numero. 1330. cōpleti: 7. 22. dies ab s-  
lis subtrahā. 1334. ānos 7. 17. dies. ⁊ remanent. 5. āni pfecti 7. 316. dies āni  
pfecti: dabo þmū annū tauro i c̄ipiēdo a. 13. gradu ei⁹ þz signū geminorū  
incipiendo. 13. a gra. eius tertiiū cancero. quartū leoni incipiendo a. 13. gra-  
du eius quintū virginī incipiendo. a. 13. gradu ei⁹. venit ergo pfectio. 6.  
ānni mundi pfecti ad libā ad. 13. gradū. Et si volueris gradū in quo est  
perfectio dies vltimi ex dieb⁹ qui trāsierūt de anno imperfecto multiplicata  
numerū dīcū anni perfecti per. 30. ⁊ productū diuide per. 365. ⁊ numerus  
quotiēs erit gradus. Si aut̄ aliquid remanserit post diuisionē multiplica  
illud per. 60. ⁊ diuide per idem q; plus numerus quotiens erit minuta.  
verbi gratia. in proposito exemplo remanserunt de āno imperfecto. 316.  
dies quos multiplicabo per. 30. ⁊ prouenient. 9480. quē numerū diuidā  
per. 365. ⁊ exhibunt. 25. gradus ⁊ remanent post diuisionē. 355. q; multiplica-  
bo per. 60. ⁊ prouenient. 21300. ⁊ diuidā per. 365. ⁊ exhibunt. 58. minuta ad-  
dam ergo sup. 13. gradū libre. 15. gradus ⁊ 58. minuta ⁊ proueniet numer⁹  
vñlo ad. 8. gradus ⁊ 58. minuta scorpionis: ibi ergo nūc est pfectio ab ascē-  
dente anni mutatiōis cōunctionis ad triplicitatem aereā.

¶ De directione significatoris. Textus.



Ex hoc sequit̄ atazir. I. directio: h̄ est ut dirigas signatores  
aliquē ad aliquē locū signorū: ⁊ scias qd sit iter  
eos ex gradib⁹ directionis accipiesq; vnicuius graudi ānūvnū.  
Cū ḡ volueris scire h̄: ⁊ fuerit ille signor i ascēdēte: quemvis di-  
rigere ad aliquē partē circuiti minue ascēsiōes grad⁹ i q; fuerit

signor: quē volueris dirigere p ascēsiōes regionis de ascēsionib⁹ gradus illi⁹ ad quē volueris dirigere eū: et qđ remāserit erit gradus directionis: qđ si fuerit significator in gradu septē minūes ascēsiones nadir. i. oppositi gradus: in quo est significator de ascēsionib⁹ nadir illi⁹ gradus ad quē volueris ipsuʒ dirigere in illa regiōe. Si nō fuerit significator i medio celi vñ in angulo terre: minūes ascēsiōes gradus significatoriis de ascēsionib⁹ illi⁹ grad⁹ ad quē volueris eū dirigere p ascēsiones circuli directi: et qđ remāserit erit gradus directiōis. Si nō fuerit ille significator quē volueris dirigere in aliquo loco extra q̄ tuor angulos. Espicies lōgitudinē ei⁹ ab aliq horū angulorū qui sunt angulus medis celi atq; angulus terre: hoc est vt aspt cies significatoriē: qđ si fuerit inter ascendēs et mediū celi: minūes ascēsiones gradus mediū celi p circulū directū de ascēsionib⁹ gradus significatoriis et si fuerit inter. 7. et mediū celi: minūes ascēsiones gradus significatoriis de ascēsionib⁹ gradus mediū celi p circulū directū: et qđ remāserit ex qualcūq horū loco p fuerit: illud diuides p ptes horarū illius diei gradus in q fuerit significator: et qđ exierit erūt hore lōgitudinis ab angulo. Et si fuerit inter ascendēs et angulū terre minūes ascēsiones gradus significatoriis per circulū directū de ascēsionib⁹ gradus anguli terre. Bursus si fuerit significator inter angulū terre et 7. minūes ascēsiones gradus anguli terre p circulū directū de ascēsionib⁹ gradus significatoriis: et qđ remāserit ex qualcūq horū loco p diuides p tempora horarū nadir idest oppositi gradus significatoriis: et qđ exierit ipse erūt lōgitudines hore ab angulo. ¶ Cūq scueris lōgitudinē horas ab angulo et volueris dirigere significatoriē ad aliquē locū circuli signorū: et fuerit significator in medio circuiti orientalis q est a medio celi vñq ad angulū terre de eis q succedit ascendēs: minūes ascēsiones grad⁹ illius in q fuerit significator de ascēsionib⁹ gradus illius ad quē volueris dirigere p circulū directū: et qđ remāserit erit significator circuiti directi. setua eū. Post hoc minūes ascēsiones illi⁹ grad⁹ in quo fuerit significator p ascēsiones regionis de ascēsionib⁹ illi⁹ grad⁹ ad quē volueris eū dirigere: et qđ remāserit erit significator regiōis: post hoc aspice residuū qđ fuerit inter significatoriē circuiti directi: et significatoriē regiōis: accipiesq sextā partē eius et multiplicabis in horis lōgitudinē ab angulo: et qđ fuerit erit equatio: et si fuerit significator circuiti directi minor significatoriē regiōis: addes equationē sup significatoriē circuiti directi. Et si fuerit significator circuiti directi plus minūes equationē ex eo: et qđ remāserit erit gradus directionis. ¶ Item si fuerit significator quē volueris dirigere in medietate circuiti occidētalis q est ab angulo terre vñq ad mediū celi de eo qđ succedit. septē minūes ascēsiones nadir gradus significatoriis quē volueris dirigere de ascēsionib⁹ nadir gradus illi⁹ ad quē volueris dirigere eū p circulū directū et qđ remanserit erit significator circuiti directi. Post hoc minūes ascēsiones nadir grad⁹ significatoriis p ascēsiones regionis de ascēsionib⁹ nadir gradus illius ad quē volueris eū dirigere. et qđ remāserit erit significator regiōis: deinde accipies residuū qđ fuerit inter significatoriē circuiti directi et significatoriē regiōis accipiesq sextā partē eius et multiplicabis i horis lōgitudinē ab angulo: et qđ fuerit erit eq̄tio. post hoc aspt cies significatoriē circuiti directi si fuerit minor significatore regiōis addes eq̄tioēs sup significatoriē circuiti directi: et si fuerit significator circuiti direc-

# Alkabitij astronomi tractatus.

cti plus significatore regiōis minues equationē de significatore circuiti dt  
recti: et qđ ex eo exierit erit gradus directiōis. ¶ Quod si fuerit significa-  
tor in aliqua q̄rta: et locus ad quē diriges eū in alta quarta dirigeo signifi-  
catorē ad angulū qui ei succedit: post hoc diriges ab angulo ad locū quē  
admodū ostendi tibi directionē ab angulo et iunges utrasq; directiones.  
¶ Qđ cū sc̄ueris significatorē et volueris sc̄re quo pueniet directio de  
circulo signoꝝ in aliquo annoꝝ: fucritq; significator in ascendēte: addes  
numerum annorum: super ascensiones gradus ascendentis: et facies eum  
arcuꝝ in ascensione regionis: et qđ exierit arcus gradu. de circulo signoꝝ  
tibi pueniet directio in eodē anno. Si vero fuerit significator i septē addes  
numerū annoꝝ sup ascēsiōes nadir gradus signoꝝ: et arcuabīs eū etiā in  
ascēdētibꝝ regiōis: et qđ exierit de circulo signoꝝ: ad eius nadir pueniet  
directio eodē āno. ¶ Qđ si fuerit signoꝝ i. 10. vel. 4. addes sup ascēsiōes gra-  
signoꝝ in circulo directo numerū ānoꝝ: et arcuabis eū in ascēsiōibꝝ circuiti  
directi: et qđ exierit de circulo signoꝝ ibideꝝ pueniet in eodē anno directio.  
¶ Si vero fuerit significator extra hec q̄tuor loca q̄ sunt aguli scias horas  
longitudinis ab angulo sicut predixi: qđ si fuerit significator in medietate  
occidentis: addes sup ascēsiōes gra. signoꝝ p̄ circuitū directū. numerū  
ānoꝝ quos volueris et arcuabis hoc in ascensionibꝝ circuiti directi: et qđ  
exierit erit significator circuiti directi: serua eū post hoc addes numerum  
ānoꝝ etiā sup ascēsiōes gra. signoꝝ in regione: et arcuabis hoc in ascen-  
sione regionis: et qđ fuerit erit significator regionis: post hoc accipies sextā  
partē reliqui inter signoꝝ circuiti directi: et signoꝝ regiōis: et multiplicabis  
eā in horis longitudinis ab angulo et qđ fuerit erit equatio. ¶ Quod si fue-  
rit signoꝝ circuiti directi minor significatore regionis addes equationē sup  
significatore circuiti directi: et si fuerit plus minues eā de eo: et qđ remāserit  
tibi perueniet directio ex circulo signoꝝ eodē anno. ¶ Qđ si fuerit signoꝝ  
in medietate occidentali facies cū nadir gra. signoꝝ sicut fecisti cum  
gradu signoꝝ in opere qđ est ante eū: et qđ fuerit ibidem p̄ueniet directio  
ex circulo signoꝝ in eodē anno: et locus ad quē perueniet directio dicit lo-  
cus diuisionis et dñs termini illius loci dicit diuisor: qđ si fuerit in gradu di-  
uisionis planeta aliis aut radis et aut p̄ locū aī eū dī h̄c planeta aut  
dñs radiorum particeps diuisoris in diuisione. ¶ Significatores q̄; qui  
diriguntur sunt quinq; loca. id est gradus ascendētis. et gra. Solis a gra.  
Lune gra. quoq; partis fortune ac grad⁹ medi⁹ celi. Gradus nāq; ascēdē-  
tis dirigit ad accidentia dñoscēda que accidūt in corpore: et gra. solis ad  
dignitatis et exaltatiōis causas: honouis quoq; atq; regni: et Luna ppter  
esse animē et corporis atq; contigit: et pars fortune propter acquisiōes  
et profect⁹ exiguitatē et largitatē et medium celi propter magisterium et ce-  
teras dispositiōes particulares et esse eorū. ¶ Si autē fuerit ascendens re-  
uolutionis alicuius annorum mundi vel natūritatum dirigūtur significa-  
tores ei⁹ fm hanc directionē vnicuiq; sc̄ gradū diem vnū. Quibusdā vi-  
detur ut dirigantur significatores anni hoc modo omnibus: sc̄. 59. minu-  
tis: et 8. secundis vnum diem: nam directio regnum et principū sic dirigit  
eis a gradu medi⁹ celi per ascensiones circuiti directi omnibus. 56. minu-  
tis et octo secūdis vnu diē donec perueniat ad bonos vel malos planetas.  
Et dirigit esse regnum in incolumitate: aut infirmitate ex gradu ascen-

dentis ad bonos vel malos planetas omnibus. 59. minutis. et octo secundis dicitur unum per ascensiones regionis. et directio in revolutione annorum mundi et prenoscendū esse vulgi vel rusticorū a gradu ascendentis. si militer et ad prenoscendū esse regis a gradu medijs celi. et in revolutione annū natuitatū ad prenoscendū esse natū a gradu ascēdētis revolutionis omnibus. 59. minutis et 8. secundis per ascensiones regionis diem unum.

**Glossa super textu de directione significatoris.**



**T**ex hoc directio. In hoc capitulo auctor docet dirigere significatorem quēlibet ad quēlibet locum circuli. Intelligendum est primo qđ directio siue dirigere significatorem ad quemlibet locum circuli nihil aliud est qđ inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris usq; ad locum ad quē debet dirigi. Si locus significatoris fuerit in medio celi vel in angulo terre tunc dirigere est inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a loco significatoris usq; ad locum quem debet dirigi in orizonte recto. Si autem fuerit in ascidente vel in occidente tunc est inuenire illos gradus in orizonte obliquo. Si autem non fuerit in aliquo horum locorum . tunc accipiuntur ascensiones mixtim : scilicet miscendo ascensiones circuli directi cum ascensionibus regionis : proportionaliter tamen fm distantiam loci significatoris ab angulis : et gradus directionis quandoq; significat annos quandoq; dies quandoq; alia tempora. In natuitatibus quilibet gradus significat annum . In revolutionibus annorum mundi et natuitatum quilibet gradus significat diem. Et quidam volunt qđ in revolutionibus annorum. 59. minuta. et 8. secunda. s. motus solis in uno die significant unum diem. In coniunctionibus solis et lune in oppositionibus fm quosdam quilibet. 13. gradus. 10. minuta. s. quantum luna mouetur in die per medium cursum significant diem. Cum ergo volueris significatorem aliquē dirigere ad quēcūq; locū circuli si significator ille fuerit in gradu medijs celi vel in angulo terre subtrahē ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quē vis dirigere et remanent gradus directionis. Si vero significator fuerit in ascidente aut occidente subtrahē ascensiones circuli obliqui gradus significatoris ab ascensionibus circuli obliqui ad quē vis cū dirigere et remanent gradus directionis. Exemplū qñ est in medio celi pono qđ luna sit in medio celi in. 5. gradu aquarij et pono qđ radij oppositi saturni sint in. 6. gradu piscium. Ponā qđ velim dirigere lunam ad radios oppositos saturni. Quesui igit ascensiones gradus lune in circulo directo et inueni. 37. gra. 23. minuta. Quesui etiā ascensiones sexti gradū pisciū vbi sunt radij oppositi saturni in eodē circulo directo et inueni. 67. gradus. 48. minuta. Deinde subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus radij saturni et remanserunt. 30. gra. 25. minuta. illi essent gradus directionis in hoc casu. Exemplū quando est in ascidente. Pono qđ luna sit in eodem. 5. gradu aquarij et radij saturni in. 6. piscium. Quesui ascensiones gradus lune in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48. graduum. et inueni. 330. gra. 22. minuta. Quesui etiā ascensiones sexti gradus

## Alkabitij astronomi tractatus.

piscium et inueni. 348 gradus. 31 minuta subtractari ascensiones lune ab ascensionib⁹ gradus radio: iū saturni et remāserūt. 18 gradus. 9 minuta illi essent gradus directionis in hoc casu hoc eodē modo dirigit⁹ gradus ascēdens ad quēlibet locū circuli. Si vero significator⁹ dirigendus fuerit sexta hec loca tunc si fuerit inter mediū celi et ascendens vide distantia eius a medio celi subtractēdo ascensiones grad⁹ medi⁹ circuli in circulo directo ab ascensionibus gradus significatoris quā distantia serua. Deinde scias medietatē arcus diurni gradus significatoris per modū dictū in capitulo de radiationibus et serua eā. Deinde subtrahē ascensiones circuli directi grad⁹ significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quē vis eū dirigete et qđ remāserit erit significator⁹ circuli directi serua eū. Deinde subtrahē ascensiones gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quē vis eū dirigere in eodē circulo obliquo et qđ remanserit est significator⁹ regionis. Deinde subtrahē significatorē minorē de maior⁹ et differentiam multiplicata p distantia ab angulo medi⁹ celi et productū diuide p medietatē arc⁹ diurni et pueniet pars proportionalis quā adde sup significatorē circuli directi si fuerit minor⁹ significatore regionis: vel subtrahē si fuerit maior⁹ et puererit erit gradus directionis. Si aut̄ velles dirigere ē successionē signorū sicut dirigunt̄ partes et planete retrogradi. s. procedendo ab ascēdēte versus medi⁹ celi: tūc debes accipere distantia significatoris ab ascēdēte p ascēlōnes regiōis: et debes addere partē proportionalē differētie duorum significatorū sup significatorē regionis: si ille erit minor⁹ significatore circuli directi aut subtrahere ab eo si esset maior⁹. i. alio nō differt op⁹. Si aut̄ significator⁹ dirigend⁹ fuerit inter ascendētes et angulū terre: vide distantia gradus significatoris ab ascēdēte subtractendo ascēlōnes gradus ascēdētis regionis ab ascēlōnib⁹ grad⁹ significatoris regionis et serua distātiā. Deinde scias medietatē arcus nocturni grad⁹ significatoris p modū dictū in ope radiationū quā ēt serua. Deinde subtrahē ascēlōnes grad⁹ significatoris in circulo obliquo ab ascēlōnib⁹ loci ad quē vis eū dirigere in eodē circulo obliquo et qđ remanserit est significator⁹ regionis quē sua. Deinde subtrahē ascēlōnes grad⁹ significatoris circuli directi ab ascēlōnib⁹ circuli directi loci ad quēris eū dirigere et qđ remāserit erit significator⁹ circuli directi. Deinde subtrahē minorē de maior⁹ et remanebit differentia duorum significatorū: quā multiplicata p distātiā grad⁹ significatoris ab ascēdēte et productū diuide p medietatē arcus nocturni gradus significatoris et pueniet pars proportionalis quā adde significatorū regiōis si fuerit minor⁹ significatore circuli directi: vel subtrahē a significatore regiōis si fuerit maior⁹ significatore circuli directi: et si post additionē vel subtractionē puenierit sunt gradus directionis. Si vero volueris dirigere cōtra successionē signorum. s. procedendo ab angulo terre versus ascendēns: tūc debes accipere distantia significatoris ab angulo terre per ascēlōnes circuli directi et multiplicare illā per differentiam duorum significatorū et dividere p medietatē arcus diurni ut p̄us dictū est: et partē proportionalē debes addere ad significatorē circuli directi si fuerit minor⁹ significatore regiōis. Vel subtrahere si fuerit maior⁹ in alio nō differt opus. Si aut̄ significator⁹ dirigendus fuerit inter angulū terre et gradū occidentis operari debes cū gradu opposito significatoris et cū gradu opposito loci ad quē vis eū diri-

## Differentia quarta.

So. Ixiiij.

geret p distantia gra. oppositi significatoris a medio celi: et p medietate arcus diurni gra. oppositi significatoris gra. cum opposit signif. tamen dicitur stat a linea meridiana quartum gra. significatoris ab angulo terre: et medietas arcus diurni gra. oppositi est tanta quanta est medietas arcus nocturni significatoris et est tunc idem opus quod fuit iter medius celi et ascendas. Si vero significator dirigendus fuerit iter angulum occidentis et medius celi debes operari sicut p gradu oppositum significatoris et p distantia eiusdem ab ascendentem et p medietatem arcus nocturni eiusdem gradus oppositi et p gradu oppositum loci significatoris ad quem dirigendus est: et est eiusdem operatio sicut fit iter ascendens et angulum terre. Si vero contingat quod significator dirigendus sit in una quadra et locus ad quem debet dirigiri sit in alia quadra. Verbi gratia: significator sit inter medium celi et ascendas et locus ad quem debet dirigiri sit inter ascensus et angulum terre: sic debes dirigere usque ad angulum et postea dirigere angulum usque ad locum ad quem debet dirigiri et tangere has directiones insimul. Diriges autem significatore prius dictum: ita quod accipias distantiam significatoris ab angulo que est retro ipsum in ordine signorum sicut si fuerit inter angulum medius celi et ascensus accipies distantiam eius ab angulo medi celi. Et si fuerit iter ascendas et angulum terre accipies distantiam eius ab ascendentem: accipies etiam medietatem arcus diurni vel nocturni gradus significatoris vel eius oppositi p modum prius dictum et angulum ad quem vis dirigere accipies p loco ad quem de te dirigisti. et teneto ordinem p modum dictum. Illa directio facta diriges angulum p modum prius dictum quoniam significator fuerit in aliquo angulo usque usque ad locum ad quem de te dirigisti si significator: et addes unam directionem cum alia et prouentur gradus directios. Euctor in luna dicit quod debet accipi distantia significatoris ab angulo et illa dividitur p partes horarum gradus significatoris et prouentur horas distantie significatoris ab angulo et dicit quod debet accipi sexta pars directie duorum significatorum quam sextam partem iubet multiplicare p horas distantie significatoris a meridiem. et prouentur iubet addere ad significatore circuli directi vel subtrahere p modum dictum. Sed modus quem posui est leuior et planior. In modo enim auctoris oportet accipere distantiam ab angulo per eundem modum que ego posui et ultra hoc oportet querere partes horarum gradus significatoris: et postea dividere distantiam ab angulo p partes horarum gradus significatoris: et quod p uenerit tenere. Oportet etiam secundum modum suum querere significatorem circuli directi et significatorem regionis per eundem modum quem posui et etiam differentiam duorum significatorum: et ultra hoc oportet illam differentiationem dividere per sexad. hoc quod habeat sexta pars eius. Cum in multitudine operationum faciliter cadat error videtur mihi modus quem posui certior. Exemplum quoniam significator est inter medium celi et ascensus et locus ad quem debet dirigiri in eadem quadra scilicet inter medius celi et ascendas. Pono quod luna sit hylech et sit in quinto gradu aquarii et pono quod radius oppositi saturat in sexto gradu pisca: et idem esset de corpore: et pono quod angulus medi celi sit. 20. gradus capricorni. Ad dirigendum lunam ad radios saturni qui sunt primo ascendas gradus medi celi in circulo directo et inueni. 21. gradus. et. 39. minuta subtrahi ascensiones gradus medi celi ab ascensionibus gradus lune: et remansit distantia lune a medio celi. 15. gradus. 44. minuta. Deinde qui sunt ascensiones gradus lune in circulo obliquo et inueni. 330. gradus. 22. minuta: qui sunt etiam ascensiones gradus oppositi loci lune. 104. gradus et. 30. mi-

## Alkabitij astronomi tractatus.

nuta a quibus subtracti ascensiones gradus lune: sed q̄ non potuſ ſubtrahere eo qđ ascensiones gradus lune erāt maiores ascensionib⁹ gradus oppoſiti addidi ascensionib⁹ gradus oppoſiti lune. 360. gradus & puenereunt. 464. gradus. 30. minuta: deinde subtracti & remaſerunt. 134. gradus 8. minuta & hoc fuit totus arcus diurnus gradus lune quē mediaui & fuit medietas. 67 gradus & q̄tuoi minuta. Seruaui itaq̄ distantia lune a me dio celi & medietatē arcus diurni lune. Deinde subtracti ascensiones gra. lune in circulo directo que fuerint. 37. gradus. 23. minuta ab ascensionib⁹ gradus radioz saturni in eodē circulo que fuerunt. 67. gradus. 48. minuta & remaſerunt. 31. gradus. 25. minuta: & hoc fuit significator circuiti directi seruaui itaq̄ eū. Deinde subtracti ascensiones gradus lune in circulo obliquo qui fuerūt. 330. gradus. 22. minuta ab ascensionib⁹ radioz saturni in eodē circulo obliq̄ q̄ fuerunt. 348. grad⁹. 31. minuta & remaſit significator regionis qui fuit. 18. gradus. 9. minuta. Deinde subtracti significatores regionis a significatore circuiti directi & remansit differentia duorum significatoriuſ que fuit. 12. gradus. 16. minuta. Deinde multiplicauſ istam differentiam p̄ distantiam lune a medio celi & diuiſi per medietatez arcus diurni gradus lune & prouenit pars proportionalis que fuit. 2. gradus. 25. minuta. 38. secūda quā partē propotionalem etiam subtracti a significatore circuiti directi: quia fuit maior significatore regionis et remaſerunt gra. directionis qui fuerūt. 27. gradus. 32. minuta. 21. secūdo accept p̄ quolibet gradu vnu annum & p̄o quibuslibet minutis. 5. residuis vnum mensem. et p̄o quolibet minuto. 6. dies: & p̄o quolibet secūdo. 6. minuta dierum cū completuſ fuerit hoc tempus a tempore natuitatis: cuius figura fuerit hoc modo diſpoſita morietur natus. Quando vero significator est inter ascendens et angulū terre operaberis cū distantia ab ascendentē & cum medietate & arcus nocturni: & non differt in alio. Cum volueris dirigere contra successione signorum si significator fuerit inter mediū celi & ascendens operaberis cū distantia ab ascendentē & cum medietate arcus diurni. Si significator fuerit inter angulum terre & gradum occidentis operaberis cuſ opposito gradu significatoriſ & gradu oppoſito loci ad quez vis dirigere: & tunc est opus tuū inter mediū celi & ascēdens. Et si significator fuerit inter gradū occidentis & medium celi operaberis ſimiliter cum gradib⁹ oppoſitiſ: & tunc est opus tuū inter ascendens & angulum terre. Plota tamen q̄ ſecūdū modū dictum diriguntur significatores quando non habent latitudinem. Quando autem significatores habent latitudinem difficultior est modus: & propter hoc factum fuit instrumentū ad dirigendum planetas habentes latitudinem & illud instrumentum vocatur directorium. Videbat cōpitorii seu inuentori illius instrumenti q̄ significator habēs latitudinem non posset dirigi per tabulas ascensionū vel nō sine magna difficultate. Ego autem dico q̄ instrumentum suum non est ſufficiens: niſi ſit maxime quantitatis: ita q̄ poſſit recipere minuta: tale autem viꝝ poſteſ fieri. In directionib⁹ enim vt plurimū accipitur pro quolibet gradu vnu annus. moſi in directionib⁹ instrumentum nō ſit diuiſuz niſi per gradus viꝝ inuenient in eo certitudovſoz ad anū: & hoc ſi instrumentuz ſit bene factū: ita q̄ nō ſi error in diuidendo: hoc autem non ſufficit. Et ego dico tibi q̄ ſignificator habēs latitudinem poſteſ dirigi ad locum habentē latitudine p̄ ta-

